Inſcriptus Catalogo

De Prouiſionibus ſeu Inſtitutionibus. Tit. VII. 76.
Simoniæ vitio quemadmodum occurratur. Tit. VIII. 79.
Forma iuriſiurandi ob Simoniæ ſuſpicionem dandi. Tit. IX. 81.
De Fidei profeſſione & eius forma. Tit. X. 82.
De Parochorum officio, & aliorum curam animarum habentium. Tit. XI. 87.

Collegii Societatis Jesu Græcensis

TITVLI SECVNDAE partis.

De Baptiſmi adminiſtratione. Tit. I. Pag. 93.
De Miſſa & Euchariſtia. Tit. II. 98.
De Pœnitentia. Tit. III. 108.
De Extrema Vnctione. Tit. IIII. 111.
De Matrimonio & eius forma. Tit. V. 114.
De Sacro Criſmate, & aquæ aliarumq; rerum Eccleſiaſtica benedictione. Tit. VI. 125.

Ao 1724

TITVLI TERTIAE PARTIS

De vita & honeſtate Clericorum. Tit. I. Pag 129.
De Officio Confeſſarij. Tit. II. 135.
De Concionatoribus. Tit. III. 139.
De Scholis. Tit. IIII. 146.
De Ieiunijs Eccleſiæ. Tit. V. 149.
De Feſtis. Tit. VI. 155.
De Funeralibus & ſepulturis. Tit. VII. 61.
De Sodalitatibus & Fraternitatibus. Tit. VIII. 64.
De Pœnis. Tit. IX. 66.

STANISLAVS CARNCOVIVS DEI GRATIA VVLADISLAVIENSIS ET POMERANIAE EPISCOPVS

vniuerſo clero ſuo, à DEO PATRE & Domino noſtro, humanæque ſalutis auctore IESV CHRISTO gratiam & pacem.

REGIAE BIBLIOTH. ACAD. PRAGEN.

IN tanta rerum omnium conuerſione, quantam oculis ipſi noſtris cernimus, non rarò cogitatum eſt à nobis, quî tãdem factum ſit, vt hic eſſet in patria noſtra rerum ſtatus, quem nunc proh dolor, eſſe videmus, & ingemiſcimus: cùm præſertim tam firma ſolidaque initiò fuiſſent à maioribus noſtris, cùm Reipublicæ, tum religioni præcipuè, addita præſidia, vt ea vis erroris & hęreſum, perrumpere vix vnquàm potuiſſe videretur. Multos

etiam

etiam alios graues alioquin & prudentes viros, in eadem cogitatione verſatos fuiſſe animaduertimus: qui hac de re ſententiam familiariter à nobis rogati, etſi multa commemorarent, pro eo ac erat ſenſus & ingenium cuiuſque, in eam tamen præcipuè ſententiam propendêre videbantur, vt exiſtimarent potiſſimam fuiſſe cauſam horum malorum omnium, deprauatos hominum ordinis noſtri mores: qui cùm ab officij religione deflexiſſent, ſtudiaque inſtituto ſuo contraria ſequi cœpiſſent, ſtatim non ipſi modò in maximas calamitates ſunt prolapſi, verùm alios etiam, quibus ad verum veri DEI cultum, & ad omnem honeſtatem exemplo eſſe debebant, in ſimilem ruinam traxerunt. Nos tamen, cùm ea propiùs ad animum, qui mos noſter eſt, reuocare, diligentiusque in tali cogitatione verſari cœpiſſemus, quamuis nec omnino falſa eſſent, quæ dicebant: & aliqua inſuper veriſimilitudine veſtita viderentur, nullam ta-

mē cauſam exiſtimauimus ſatis dignam vel fuiſſe vnquam, vel etiamnum eſſe poſſe: quamlibet ea vel hominum noſtrorum vitio introducta, vel quorumcunque tandem iudicio eſſe grauiſſima putaretur, vt à priſca religione Catholicaque fide, cuius apud omnes ſacroſancta ſemper auctoritas eſſe debet, vel minima diſceſſio, & ad Sataniſmū inclinatio fieret. quandoquidem Chriſtianæ fidei ratio, non ab hominis cuiuſcunque tandem, ſiue docti, ſiue magni perſona, quæ falli poteſt & fallere: verùm à DEI ſolius, qui nec falli poteſt nec fallere, verbo propriè præcipueque dependet. Quod cùm certum, conſtans & æternum ſit, nullo cuiuſquam vitio, nullo etiam temporum interuallo, quālibet longiſſimo vel tolli poteſt, vel mutari. Vetus eſt vox illa magni cuiuſdam in Eccleſia viri: Ex perſonis fidem probandam non eſſe. quam etiam primi illi Sacroſanctæ religionis noſtræ duces & Anteſignani, vera veræ Eccleſiæ Dei lumina, dilige-

Tertull. de Prǫſcriptionibus.

quid tandem ſaluũ, quid integrum eſſe poteſt? omnia labaſcant, omnia concidant, ruant omnia neceſsè eſt. Cui malo propulſando, non ſemel à viris magnis quæſita, neque tamen ſunt inuenta remedia: vel quòd ſeriùs ea queri cœpta ſunt, cùm iam morbus ferre medicinam non poſſet: vel quòd irato Deo fruſtrà tẽtantur omnia. Quare poſtea quàm ſumus per Dei gratiam quamlibet indigni, ad Eccleſiæ huius noſtræ gubernacula vocati, hoc nobis vnum & ſolum præcipuè curæ fuit, vt nõ modò quæreremus quòd perierat, & errantibus ouibus impleremus Eccleſiæ noſtræ caulas, verùm etiam, vt ſucciſa illa putri amaritudinis radice (quæ nobis, alijs cauſis interea prætermiſſis, multæ ſunt enim) tot ſpinas & tribulos produxit: nimirum vita Cleri noſtri ad rationem meliorem reuocata, cum Deo tandem rediremus in gratiam, eique, à peccatis auerſi, & ad Chriſtianum viuendi modum conuerſi, dicaremus nos totos, munereque noſtro ſedulò & gnauiter fungeremur Luc. 19.

remur. Satis alioqui diu ceſſatur
eſt à nobis, non ſine maximo noſtr
& aliorum malo: ſatis priuatis com-
modis indultum, ſatis ocio datum.
Rom. 13. Tempus fuit iam nos de ſomno ſur-
gere, opera tenebrarum abijcere, & ar
mis lucis indui. Quod vt faceremu
commodiùs, vniuerſum clerum Di
œceſis noſtræ, legibus quibuſdan
vinciendum, & ei certam rationem
viuendi, & Sacramentorum admi
niſtrandorum modum, quem ſeque
retur, præſcribendum eſſe putaui-
mus: idque decreto Synodi, quæ fuit
per nos in Diœceſi noſtra, de prudẽ
tũm virorum conſilio nuper coacta
Inprimis verò auctoritate S. D. N
PII. Quinti Pontificis Maximi, qu
pro ſuo præclaro, & nunquam ſati
laudato, erga Remp. Chriſtianam e
Eccleſiaſticam, ſtudio: iuuandæqu
Chriſti ſponſæ cura ſingulari, no
bis ad hanc Eccleſiam inſtituendi
vt eam primo quoque tempore ha
beremus, mandauerat. Cui nos, pr
co ac debuimus, paruimus ſanè no
inuiti. Ac fuit in ea quoque de rebu
alij

alijs per nos tractatũ, quæ ſunt Actis huius noſtrę Synodi perſcriptæ: curatũ eſt enim à Cancellario noſtro, vt ordine ſingula ſcriberentur, quæ geſta ſunt.

Hortamur autem omnes Clericos Diœceſis noſtræ, quandoquidem vident ipſi, quanta nos mala circumſtent, quàm fœdis & horrendis hæreſibus vexetur Eccleſia, quanti ſint motus per ſathanæ miniſtros in religione & Republica excitati, vt iam tãdem malè viuendi finem faciant, pietatem colant, vitam ad exemplũ filiorum Dei inſtituant, officiũ ſuum impleant, populo ad honeſtatem duces ſint, ſoli Deo adhæreant, eumque ſuis caſtis precibus & ſacrificijs, ægræ huic & ſqualenti patriæ noſtræ, placatum reddere ſtudeant: vt ira ſua à nobis auerſa, nos ad ſe conuertat, motus iſtos tranquillet, Eccleſiæ quietem concedat, hæreſibus finem imponat, & laborum conſiliorumque noſtrorum det fœlicem exitum.

Volumus præterea, vt huius noſtræ Synodi conſtitutiones, habeant clerici Diœceſis noſtræ omnes: illas legant, ad illas vitam ſuam, ſtudia docendi populi, ſacramentorumq́ue miniſtrandorum rationem inſtituant, nec ab earum præſcripto vnquam diſcedant. Illud verò de nobis ſibi certò perſuadeant: nihil eſſe in hac fragili & miſera vita noſtra, quod nobis maiorem voluptatem adferre queat, quàm ſi viderimus promptè & alacriter ea, quæ ſtatuuntur ſequi omnes, vitaq́uè ſua & moribus exprimere. Cùm enim ad benignitatem magis propenſi, quàm ad ſeueritatem ſemper fuerimus inclinati, vehementer cupimus, recti potiùs & honeſti amore, quàm vllo pœnarum metu, ſacerdotes noſtros, cæterosq́ue Eccleſiæ miniſtros, ad officium conuerti. Quam vt ſingulis mentem inſpiret, Deum precamur.

CONSTITVTIONES SYNODI DIOECESANAE VVladiſlauienſis.

QVoniam conſtitutiones huius Synodi ad omnes pertinẽt, etiã eos, qui vel ætate grauati, vel morbis oppreſſi, vel alijs occupationibus diſtracti, non potuerunt ei præſentes intereſſe, ne quem fortè aliquid eorum lateat, de quibus hîc deliberatio fuit ſuſcepta, ſingula eodem, quo geſta ſunt ordine, conſcribenda, & ad omnium notitiam deducenda eſſe putaui, ne quis ignorantiam prætendere queat.

STANISLAVS CRASſinius I. V. Doctor ſcholaſticus Gneſnenſis, & eius Reuerendiſſimæ P. Cancellarius.

REGIÆ BIBLIOTH: ACAD: PRAGEN:

DIE XVI. Martij, qui habendæ Synodo fuit conſtituta, cùm præſtò eſſent omnes, qui de iure, vel de recepto more, eiuſmodi conuentibus intereſſe conſueuerunt, nimirum Reuerendi et religioſi patres, Laurentius Zalinski Abbas Coronouienſis per ſe, Oliuenſis verò & Peplinenſis abſentium Mandatarij. Itidem præpoſiti ordinum Suchouienſis & Lubranecenſis per ſe, Strelenſis autem & Zarnouecenſis Mandatarij. Eccleſiarum quoque Cathedralis quidem Canonici, Collegiatarum verò nuncij, cum Parochis Diœceſis ferè omnibus. Cantata fuit Miſſa de ſpiritu ſancto. Oratio quoque recitata eo, quo ſequitur, modo.

ORA-

ORATIO ANDREAE PLISCII LIBERALIVM ARTIVM BACCALAVREI, de forma Satuque Eccleſiæ atque deformitate eiuſdem, & officio ſacerdotali.

MAgnum mihi munus ab immortali Deo, AMPLISSIME PRAESVL, vosque R. P P. impoſitum eſſe video, vt hodierno die vos omnes, quicunque huc congregati eſtis, ad agendam cauſam Eccleſiæ, intueri & alloqui poſsim. Nec tamen minus oneris iniunctum mihi eſſe ſentio, cùm ego nulla eloquentia præditus, & vix vllis literarum ſtudijs imbutus, atque in hoc genere dicendi minus exercitatus, in hoc frequentiſsimo celeberrimoque doctiſsimorum hominum conſeſſu, verba ſim facturus. Quam ob rem, magna mihi dubitatio ſuboritur: & vtrũ

hoc munere gaudere, an potiùs contriſtari debeam, neſcius huc atque illuc mẽtis incertus agor, vereorque, cùm maximis de rebus orationem habiturus ſim; ne quid cultiſsimis auribus veſtris indignum mihi excidat, quod omnem voluptatem meam, quam venerabilis ac iucundiſsimus conſpectus veſter mihi adfert, omninò perturbare poſsit. Sed tantus eſt amor meus in AMPLISSIMVM PRAESVLEM noſtrum, tanta obſeruantia & fides, vt nihil tam arduum, nihil tam difficile excogitari poſsit, modò ad eius dignitatem Eccleſiæque vtilitatem pertineat, quin ego illud omni ſtudio atque diligentia protinùs aggredi & exequi contendam: accedit adhæc ſumma veſtra, Reuerendiſsimi Patres, humanitas ac ſapientia, quos ego attentiſsimè audientes in me ora conuertiſſe video, quibus inducor, vt ſperẽ me à vobis facilè veniam impetraturum, ſi ea, quæ ab AMPLISSIMO PRAESVLE noſtro mihi commendata ſunt, licèt minùs eleganter & ornatè, quàm hic locus & rei dignitas poſtulat, explicabuntur. Aggrediar itaq; iam

cauſam

cauſam mihi commiſſam, bona cum venia veſtra, & ſicut olim à numine aliquo de re aliqua magna dicturi, exordiri ſolebant, ita nunc ego non aliundè ordiar, quàm vt eum inuocem, qui vos ſibi elegit: quem ego ſupplex oro, vt adeſſe dignetur in hoc ſacro concilio, quod in nomine eius congregatum eſt; veſtrosq; animos inflammet & accendat, quò ferueatis zelo Domini, atque mihi donare dignetur, vt dignum aliquid vobis dicere poſsim: quod facilè, vt opinor, aſſequar, ſi paucis dicam de munere & officio veſtro in Eccleſia Dei. Quod vt planiùs fiat, ponenda eſt vobis ob oculos facies & forma primitiuæ Eccleſiæ, ac deformitas eiuſdẽ: qualẽ nũc cernitis, vos modò vt cœpiſtis, benignè me auſcultate, quæſo. Sæpè ego, AMPLISSIME PRAESVL, vosque R. Patres, ingemiſcere ſoleo, oculosque offundere lachrymis, dum animaduerto ſtatum illum primitiuæ Eccleſiæ turbatum eſſe, & valdè concidiſſe: ſoletq; mihi idẽ accidere, quod acciderat ſenioribus illis Iſraëlitarum, qui redeuntes è captiuitate Babylonica, dum intuerentur ſtructu-

ram templi,quod reædificatum erat ſub Eſdra & Neæmia,illicque ſtructuræ comparent,quod à Salomone ædificatum, dirutum iam ab hoſtibus erat,flebant voce magna. Sic & ego ſtatum primitiuæ Eccleſiæ conferens cum ſtatu præſenti, continere lachrymas nequeo,& abſtinere à lamentis,ſuper hac deſolata ciuitate magna,quę illi populoſæ ex aduerſo collata,nulla prorſus eſſe apparet. Fuit enim,fuit illa Eccleſia,quæ primis temporibus floruit,ædificata velut ciuitas ſancta,ad exemplar illius cœleſtis Hięruſalem,ſub cuius figura mãdatum erat Moyſi, vt faciat tabernaculum ad inſtar illius,quod eidem in monte monſtratum erat.Quam figuram completam eſſe teſtatur Ioannes,dum dicit ſe vidiſſe ſanctam ciuitatẽ Hieruſalem,deſcendentẽ de cœlo à deo paratã,ſicut ſpõſam ornatã viro ſuo.Primùm itaque,vt à fundamento ipſo exordiar,ornatiſsimum illud tabernaculum,vel potiùs inclytiſsimum,templũ erat in montibus ſanctis, quorum vertices ad cœlum vſque pertingebant, ædificatum. Ac primus quidem mons erat Apoſtolorum, qui primi auguli

fundamentum poſuerunt, contemptum terrenorum. Sub quorum perſona princeps Apoſtolorum inquit, Ecce nos Domine reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, omni onere depoſito, quod impediuit iter noſtrum. Nouimus enim, quòd te expeditum, nemo oneratus, ſequi poteſt. Sic & Paulus Apoſtolus de ſeipſo teſtatur: Omnia, inquiens, reputaui pro ſtercoribus, modò vt lucrifaciam CHRISTVM. Porrò ſecundum montem intelligo martyres ipſos, qui tolerantia tormentorum, & patientia aduerſorum, fundamentum ſecundi anguli eiecerunt. Hi ſunt enim, qui plantauerunt Eccleſiam in ſanguine ſuo, ſtolaſque ſuas lauerunt in ſanguine agni, quos non immeritò Eccleſia, laudes eorum celebrando, victorum genus optimum appellat; cùm tam ardenti amore eſſent accenſi erga Deum, vt tormenta illa atq; ignes non ſenſerint: quia multò flagrãtior ignis ardebat in pectorib. eorũ, qui hũc ignẽ cõburentẽ corpora illorũ, prorſus extinguebat. Tertius denique mons eſt, doctores ſancti, qui tertium angulũ

funda-

fundauerunt in contemplatione ſupernõ rum. hi enim oculis ſuis nihil cernebant præter IESVM, nihil cogitabant, nihil ſapiebant quàm IESVM, ſub quorum perſona Doctor ille gentiũ inquit: Ego nihil iudicaui me inter vos ſcire, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. Quartus autem mons eſt virginum, quæ quartum angulum ſuperædificauerunt ſuper repreſsione carnalium deſideriorum. Hæ ſunt enim, quæ carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs, membraque ſua exhibuerunt ſeruire caſtitati, ſicut decuit fideles ſeruas Chriſti. Iam verò ſic ſundato templo Domini, ſtabant inſuper in medio templi in ornatu ſuo, clangentes tubis, ac prædicantes euangelium filij Dei, & exornantes templum illud varijs generibus virtutum, vt gemmarum rutilantium. Neque eo contenti, muro adhæc fortiſſimo illud munierunt, ſcriptura nempe diuina: quæ omnia tela aduerſariorum confringit ac deſtruit. Mendaciũ enim diaboli, quomodo poteſt euertere ſacroſanctam ſcripturam, in qua veritas illa continetur, quæ ex ipſo Deo patre ante lucife-

luciferum genita eſt, quæ portas inferorum vaſtauit, luciferumq́ue præſidem inferni ligauit, vſque in diem extremum. In nomine cuius etiam infernorum genu curuatur, non ex amore quidem, ſed ex neceſsitate. Oportet enim victum imperium victoris ferre. Ad extremum autem, ne alimenta quoque deeſſent in hac ſancta & munitiſsima ciuitate Dei, quibus ſuſtentarentur milites Chriſti, ne deficerent in certamine aduerſus mūdum, carnem, & diabolum, ſacramenta, quæ verus cibus animæ ſunt, ſumma cum pietatate ſanctitateque adminiſtrabant: quam ſanctimoniam atque innocentiam vitæ illorum populus denique ipſe, ſumma cum admiratione conſiderans, iiſdem veſtigijs inſiſtebat; tamq́ue piè ac ſanctè vixit, quemadmodū hodie pauciſsimi in monaſterijs viuere ſolent. cuius rei locuples teſtis eſt Caſsianus diſcipulus diui Chryſoſtomi. Merito itaque decorem hunc ciuitatis huius nobiliſsimæ, multò antè in ſpiritu præuidens Dauid exclamat: Glorioſa de te ſunt dicta ciuitas Dei. Hæc eſt enim illa Syon, cuius funda menta in mōtibus ſanctis: hæc

eſt

eſt, cuius diligit Dominus portas, ſuper omnia tabernacula Iacob: hæc eſt illa Hieruſalem, de qua Dominus per Eſaiam Prophetam dicit: Sternam Hieruſalem per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris, ponam Iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos. Verè enim portæ illæ erant in lapides ſculptos, cùm illi ſancti doctores introducentes in regnum cœleſte errantes in via, verbis ſimul & factis doctrinam ſuam illuſtrabant. Illi ergo, qui intrabant per haſce portas, hoc eſt, per prædicationem eorum, exemplar vitæ illorum habebant oculis ſuis expoſitum, veluti ſculpturam quandam, quam & ipſi factis exprimere conarentur.
Hæc itaque eſt quàm pulcherrima iucundiſsimaque facies primitiuæ Eccleſiæ, cuius tantò magis admirabilis decor appareret, ſi peritior pictor acceſsiſſet. verùm à me, vt ab ignobili pictore, ſi minus eleganter eſt depicta, quid mirum? cùm & excellentiſsimi pictoris ingenium hîc induſtriaque deficeret.
Vnumquenque igitur eo contentum eſſe decet, quod illi diuinitùs datum eſt

atque conceſſum. Verùm nos cùm iam faciem primitiuæ Eccleſiæ ſpectauimus; conſideremus nunc quoque, & cum dolore intueamur, deſœdatam ac vltra modum deturpatam faciem eius, quæ olim iucundiſsima pulcherrimaque apparebat. Intueamur nunc templum hoc inclytum, quod iam ferè in præceps ruere videtur, ac deſolationem quandam expectare. Iam iam montes illi, in quibus fundata erat Syon, ſublati ſunt, ædificata autem eſt in ſanguinibus. Magiſtratus enim vtriuſque poteſtatis, oblitus comminationis Prophetæ, qui clamat: Væ illi qui ædificauit Syon in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate, non veretur propinquis ſuis vel ſaltem benemeritis de ſe tradere curam Eccleſiæ, cùm tamen aliqui horum potiùs ſint apti alendis equis, aut canibus, quàm paſcendo gregi Dominico. Eo itaque factum eſt, vt fundamenta illa prædicta, euerſa conuulſaque ſint. Nam in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt auari homines, qui paſcunt ſemetipſos, & non gregem domini, qui lac comedunt, lanis operiuntur, & nullã

nullam gregis curam habent. quorum auaritiam dominus per os Malachiæ Prophetæ arguit, dicens: Quis eſt in vobis, qui claudat hoſtium meum, vel accendat altare meum gratuitò ? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Porrò locum martyrum occupauerunt ocioſi & guloſi, qui non libant Domino vinũ, ſed ventri ſuo; quos non gladius, ſed cœna occidit. In his autem, qui doctorum Cathedras tenent, nõ ſtudium ſacrarum literarum, non contẽplatio cœleſtium viget, ſed potiùs cura terrenorum: nam per omnia huic mundo conformantur, nihil aliud, quàm perituras diuitias, & honoris humani faſtigia ſectantes. Obſcuratum eſt igitur, vt Hieremias prædixit, aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. Filij Syon inclyti amicti auro puro, reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli, qui veſcebantur voluptuosè (delectati antea in verbo Dei) interierunt in vijs errorum: qui nutriebantur in Croceis, amplexati ſunt ſtercora. Poſtremò autem

autem ſaturitas panis & vini,& ocium comes eorum, caſtitatem illam virginalem ſuſtulerunt: ita vt omninò ſit iam impletum illud,quod Dominus per Hieremiam prophetam dixit: Propheta, inquit,& ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malum. Non ſolùm autem fundamenta templi euerſa videmus, ſed ipſum etiam omni ornatu ſuo priuatum. Nullus amplius timor Dei, nulla pietas ſanctimoniaque vitæ in plebe apparet. omnes in viam ſuam declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sed & murus templi ab hoſtibus inuaſus eſt. diſsipauerunt enim legem Domini, iuxta teſtimonium Pſalmiſtæ, Pſeudoprophetæ, qui errauerunt ab vtero matris ſuæ Eccleſiæ,& furore correpti ſunt ſerpentino, & aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas à voce incantatoris incantantis ſapienter. atque ijdem ipſi alimenta de templo DEI ſubtrahere nituntur. Sacramenta impiè blaſphemantes, ac velut inſtituta vana hominum, & non ſpiritus ſancti, nefariè ſubſannãtes. Itaque nunc iacens mœſta Eccleſia, vtiq;

ad Dominum leuat oculos ſuos, & ad Synagogam impiorum inquit. Ne læteris ſuper me inimica mea, quia cecidi; conſurgam, quum ſedero in tenebris: Dominus lux mea eſt, irã domini portabo, quoniam peccaui donec cauſam meam iudicet. Educet me in lucem, videbo iuſtitiam eius, & aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit. Vbi eſt Dominus Deus tuus? oculi mei videbunt eam. nunc erit in conculcationem vt lutum platearum. Hanc igitur habes AMPLISSIME PRAESVL, vosque R. P P. formam & quaſi faciem depictã Eccleſiæ præſentis, turpiter defœdatam deformatamque. Quapropter nunc iam videte, quid vobis agendum ſit, ſi vultis vt priſtinus decor reſtituatur illi. Oportet itaq; R. P P. vt non ocio luxuique vacetis, dum in tantis anguſtijs poſitam animaduertitis Eccleſiam Chriſti. Standũ equidẽ vobis eſt in medio tẽpli cũ tubis, quibus clangere debetis, & hoſtem diabolum à caſtris viuentis Dei propulſare. Prædicandum eſt Dei verbum, inſtandũ opportunè, importunè; arguenda vitia hominum, refellendi errores noſtri.

Non ſolùm autem dextris tubas tenere debetis; verùm etiam oportet, vt veſtimentis veſtris candidis induamini. Non enim verbi cibo ſolùm paſcendus eſt grex, ſed etiam exemplo, quod magis incitare ſolet homines ad benè honeſteque viuendum. Indui itaque vos oportet, fide, charitate, ſobrietate, caſtitate, iuſtitia, prudentia, ſcientia, cœleſtiumque deſiderio & amore. Primùm autem fides requiritur in vobis, nam fidelem & prudentem quærit Dominus ſeruum, quem præficiat familiæ ſuæ, vt det illi cibum in tempore. Porrò qui fidelis fuerit, hunc conſtituet ille ſuper omnia bona ſua. Charitatem quoque feruentem amplecti debetis, & imitari ſanctiſsimum illum virum Moyſen, qui tanta charitate populi flagrabat, vt orauerit DOMINVM, quo potiùs ipſum deleat de libro vitæ, quàm populum Iſraëliticum in deſerto perdat. Sic & vnuſquiſque veſtrûm, cui commiſſa eſt cura animarum, pro earum ſalute, nec ſupplicia recuſare, nec mortẽ metuere debet. Bonus em̃ paſtor, inquit

Chriſtus, animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Sobrij denique vt ſitis, audite hac de re monentem vos Chriſtum. Attendite, inquit, ne fortè grauentur corda veſtra crapula & ebrietate, & curis huius ſeculi. Quod idem & in veteri lege ſacerdotibus mandatum fuit, vt teſtatur Leuitici caput X. vbi iubentur Aaron & filij eius ne bibant vinũ, & omne quod inebriare poteſt, quãdo ingreſſuri eſſent tabernaculum teſtimonij, ne fortè moriantur. Sed quid de caſtitate dicam, ſine qua ne nominari quidem verus ſacerdos poteſt: idcirco & Chriſtus Apoſtolis hanc in primis ſeruare præcepit, cùm inquit: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Lucernæ in manibus nónne iuſtitiæ opera ſunt? quorum vtique fundamentum caſtitatem eſſe voluit Chriſtus, cùm mãdat, vt lumbi priùs, in quibus vis generandi eſt, balteo caſtitatis præcingãtur. Nihil autem hîc cauſæ eſt, quod quis ad legem veterum confugiat, in qua licitũ erat ſacerdotibus contrahere matrimonium. In lege enim veteri, quia ſola tribus Leui, & Domus Aaron ſacerdotalis

erat, cæteris verò prohibitum fuit hoc ſungi officio. idcirco ne Leuitarum genus, in paucis concluſum, citò deficeret, per connubia neceſſariò reparandum erat. At nunc non carnis ſuccesſio quæritur, ſed ſpiritus; tranſlatoque ſacerdotio à Tribu Leui, ad Tribum Iuda, hoc eſt, ad Chriſtum: quicunque Chriſtianus eſt, niſi vxori alligatus fuerit, in ſacerdotem eligi poteſt. Quod ſi autem & illis priſcis dictum eſt: Mundamini, qui fertis vaſa Domini; quantò magis id vobis nouæ legis ſacerdotibus conuenit; quibus quotidiè non ſolùm ferre vaſa Domini moris eſt, ſed etiam ipſum Dominum manibus geſtare, oreque ſumere. Iuſtitiam adhæc, quam alios docetis, oportet vt ipſi primùm opere impleatis, ne alijs prædicando bona, ipſi reprobi efficiamini. Sed non minori curæ vobis eſſe debet, vt omnem ſcientiam ſcripturarum neceſſariam vobis, pro virili ediſcatis: ſine qua nec vosmetipſos rectè ab aduerſario tueri poteſtis, nec alios vitæ doctrinis commodè inſtituere. Quinimò, ſi hanc contempſeritis, indigni ſacerdotio exiſtimabimini, dicẽte Domino per

nodum ipſam Diœceſanam communicato Venerabilium fratrum noſtrorum, Prælatorum & Canonicorum conſilio, ad diem Martis aliâs feriam tertiam poſt Dominicam Reminiſcere proximam, hîc VVladiſlauiæ indicendam decreuimus, prout in Dei nomine indicimus præſentibus. Quem quidem locum & diem eidem Synodo Diœceſanæ celebrandæ, vobis vniuerſis & ſingulis, ad quos præsẽs noſter proceſſus dirigitur, termino perẽptorio præfigimus & aſſignamus, vobisque in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis & Synodali pœnis mandamus, quatenùs in loco ſupradicto, pro die & tempore deſignatis, vos perſonaliter ad Synodum ipſam celebrandam ſiſtatis: præcepta & mandata noſtra tum alia, quæ ad reformationem morum, & correctionem vitiorum pertinebunt, audituri. Certificantes omnes & ſingulos, quòd ſiue in dicta Synodo cõparueritis ſiue non, nos nihilominus dante Domino in ea cele-

ſiæ Dei proſpectum cupiat. Nihil enim ſe magis in hac miſera fragilique vita ſua optare declarauit; quàm vt religionem Chriſtianam in ſua Diœceſi conſeruare, & Catholicam in ea fidem maiora indies augmenta ſumere, maioribusque accesſionibus ornari videat. Propoſuit autem nonnulla in Synodo tractanda, idque breuiſsimè: Quamuis enim afferri multa poterant, ne tamen Clerus in ipſo ſtatim initio eorum multitudine obrui videretur: tria potiſsimùm delegit, velu ti futurorum omnium auſpicia, de quibus tum agi voluit, nimirum, de Profesſione fidei Catholicæ facienda: De obedientia S. D. Noſtro præſtanda, & hæreſibus, quatenùs eæ damnatæ ſunt à ſancta Synodo Tridentina, condemnandis: deque ſeminario Clericorum apud Cathedralem Eccleſiam inſtituendo. Hoc enim præcipuè ſpectabat in indicēda Sy nodo: non tam vt grauaret Clerũ noua præceptorũ multitudine, quæ per ſemoleſta eſt & odioſa, quàm vt vultus & ora paſtorũ ſui gregis coràm intueri, eosque publicè affari, & ipſorum officij admonere poſset: vtque traderet breuiter nonnulla

SAEminarij verò inſtitutio tam fuit neceſſaria, quàm quæ vnquam maxi mè: cùm nulla ſupereſſe videretur hoc tempore alia rei Eccleſiaſticæ iuuandæ retinendæque incorruptæ fidei certior & magis expedita ratio, quàm ſi præſtò ſemper eſſent, quorum opera in Eccleſia regenda Epiſcopus vti queat. Qui quoniam tantæ populorum multitudini gubernandæ, vnus ſufficere non poteſt, aliorum præterea & quidem bonorum doctorumque adminiculis indiget. vt autem tales habeat, vtq; nō deſint quos in partē ſolicitudinis vocet, quibus etiam paſcendū Chriſti gregē rectè cōmendet; Seminario clericorum opus eſt. Cui fundādo & inſtituēdo Reuerēdiſs. Dominus Epiſcopus, quālibet multis & grauibus ſumptib. premeretur, de facultatibus tamē mēſæ ſuæ proſpici curauit, & ſexcentos florenos annuos ex certis reditibus conferre promiſit, aſſenſu Venerabilis collegij ſui accedente. vt autem plus eſſet neruorum & maior pecunia confici poſſet, vſus eſt ad eam rem Abbatum quoque auxilio, quorum nemo fuit, qui non libenter & alacriter huic

huic operi pio ſtatim pias manus afferret. Videbant enim quicquid eſſet natum in hoc regno ſectarum & hæreſum, totum id ab infectis ſcholis promanaſſe; ad quas extinguendas, & ad fontem hũc amaritudinis primo quoq; tẽpore obturandum, neceſſarium fuiſſe ſcholas alias Catholicas inſtitui, vnde cùm res poſtularet, verbi Dei & ſacramentorum miniſtros, Eccleſiarumque paſtores, Epiſcopo petere liceret. Quare Reuerendis & religioſis Dominis Coronouienſi, Oliuenſi, & Peplinenſi, Abbatibus, hæc penſio, de omnium ſententia ipſis etiam aſſentientibus fuit impoſita: vt ſinguli quotãnis cẽtenos florenos numerarent in vſum ſeminarij. Reliqui verò tres Præpoſiti in Pomerania, nimirum Carthuſienſis, Zarnouecenſis, & Suchouienſis, omnes ſimul, centum florenos annuatim conferrent. Quoniam verò non idem ſolet eſſe perpetuò rerũ ſtatus, ac fit perſæpè, vt, quæ benè cœpta ſunt, progreſſu temporis langueſcãt: nec eum, quem oporteret, quique fuit propoſitus à principio, exitum conſequantur. Vt hæc igitur Epiſcopalis pe-

cuniæ attributio certa ſit, & ad ſucceſſores tranſeat, placuit omnibus, quin & ipſi Reuerendiſsimo Domino, impetrata primùm approbatione ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, clauſulā hanc de præſtandis ſexcentis florenis in vſum ſeminarij, Epiſcoporum iuramento inſcribi: vt quicunque poſtea Reuerendiſsimo Domino ſuccederent, ad numerandam ſummam præfatam tenerentur. Tenor autem prætactæ clauſulæ, in eum modum ſe habet:

Ad hæc, ſeminarium miniſtrorum Eccleſiæ Synodali decreto apud eandem Eccleſiam meam, piè ac neceſſariò inſtitutum, cum omnibus eius perſonis, iuribus, bonis, prouentibus, rebuſque cæteris, quæ de menſa quoque Epiſcopali, ac aliâs vndecunque ad illud vel iam deputatæ ſunt, vel in poſterum deputabuntur, ac quomodolibet pertinent, omni modo & ratione ſaluum tuebor & promouebo, ſic me Deus adiuuet.

HIs itaq; perfectis, & hac omnium egregia volũtate cognita & explorata, ſtatim Reuerendiſsimus Dominus Epiſcopus, actis Deo gratijs, qui hãc omnibus mentem concordẽ inſpirâſſet, primus omniũ ad altare maius, publicè fidẽ Catholicam eſt profeſſus: quẽ ſecuti ſunt poſtea Abbates, & eorum Mandatarij, Eccleſiæ quoque Cathedralis & Collegiatarum Canonici, cum abſentium nuncijs atque Parochis. Cæterùm fidei profeſsio quæ tum facta eſt, ſic habet:

CREDIMVS & confitemur, vtriuſque teſtamenti ſcripturas, eſſe ſacroſanctas & diuinitùs inſpiratas. Articulos fidei, qui cõtinentur in ſymbolis Apoſtolorũ & Concilij Nicæni, & Cõſtantinopolitani primi: nec nõ omnia, quæ de fide ſuperioribus Oecumenicis Cõcilijs: & nouiſsimè in ſancta Synodo Tridẽtina definita ſunt, firmiſimè amplectimur & tenemus. Sacrorũ verò librorum canonẽ eũ agnoſcimus & credimus, quem eadẽ ſancta Synodus declarauit & confirmauit. nec ad illorum interpretationem priuata nitimur prudentia, ſed eum ſenſum & expoſitionem retinemus, quem

quem vnanimis conſenſus patrum, & communis Eccleſiæ Catholicæ vſus do cuit & tradidit. Traditiones ſine ſcripto ab Apoſtolis acceptas, vel à priſcis Eccleſiæ patribus ſcripto comprehenſas, & continua ſucceſsione in Eccleſia Catholica conſeruatas, tanquam vel oretenùs à Chriſto, vel à ſpiritu ſancto dictatas, ſuſcipimus & veneramur. Inſuper de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis, in primis autem de auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramento & Miſſæ ſacrificio, cæterisque dogmatibus aduerſus hæreſes his temporibus exortas, cum eadem ſancta Synodo Tridentina ſentimus & credimus, damnantes & deteſtantes omnem hæreſim, quam eadem ſancta Synodus damnauit atque anathematizauit. Poſtremò Sanctam Romanam Apoſtolicam omnium Eccleſiarum matrem agnoſcimus: & beatiſsimo Domino noſtro PIO Quinto Pontifici Maximo, eiusque ſucceſſoribus debitam in CHRISTO obedientiam exhibemus, & exhibendam profitemur.

Admoniti poſtea fuerunt Parochi, ſi quid vellent, vel ſi qua difficultate eorum Eccleſiæ premerentur, vt in medium afferrent, daturos eſſe operam eos, qui tum præſentes adeſſent, vt paſtores intelligerent, ipſorum rationes ſanctæ Synodo curæ eſſe. Qui reſponderunt: Habere ſe quidem non pauca, verùm ea ſubitò explicari non poſſe. Quare petebant deliberandi poteſtatem ſibi concedi: quod factum eſt. Iuſsi ſunt enim poſtero die præſtò adeſſe omnes, & ea ſcripto mandare, quæcunque ad iuuandas ipſorum Eccleſias pertinere putaſſent. Atque hic fuit huius diei Actus.

DIE XVII. Martij cùm Parochi omnes & Clerus reliquus cõueniſsẽt, ſuoq́ue loco Reuerendiſsimus Dominus cõſediſſet, indicatum eſt illis, vt ad eos ſua grauamina ſcripto referrent, quibus ea cura fuit à ſancta ſynodo commendata. Neque dubitarent, quin eſſent omnia bona fide ad P. ſuam relaturi. Dabit autem Reuerendiſsimus Dominus operam, vt, quoad eius fieri poſsit, proſpiciatur omnium iniurijs.

Eſt præterea ſignificatum, quandoquidem intereſt omnium, qui curam gerunt populi Dei, vt rationem tradendæ Catholicæ doctrinæ teneant; ne fortè, quod abſit, pro piſce ſerpentem, & pro ouo ſcorpionē paruulis panē petētibus porrigant: daturū eſſe negociū Reuerendiſsimum Dominum viris aliquot pijs & doctis, vt certam formulam conficiant, quam Parochi omnes in docenda plebe ſequantur: ita tamen, vt à præſcripto Catechiſmi Romani nequaquā diſcedant, ſed inde petitam doctrinam verbis planioribus & ſuccinctioribus in Parochorum gratiam explicent. Edentur quoque Conſtitutiones Synodales, vbi conſcriptæ fuerint; in quibus præſcribetur & vitæ degendæ ratio, & adminiſtrandorum Sacramentorum modus, & alia nonnulla curæ paſtorali neceſſaria. Matth. 7. Luc. 11.

Quoniam verò multis perſæpè in hac Diœceſi negotium ab his qui Romæ ſunt, exhibetur; & leuibus quandoque de cauſis ijdem illi ex prouincia euocantur: quo fit, vt eorum Eccleſiæ paſtoribus interea deſtitutæ quo-

rũuis tã hæreticorũ, quàm vicinorũ nobilium ſint iniurijs opportunæ, deſignati ſunt viri quatuor ex collegio Cathedralis Eccleſiæ, quorũ nomina Reuerendiſſ. dominus cõmendabit S.D.Noſtro, & eos ornabit ſuo teſtimonio, petens vt eis, cùm res poſtulauerit, tã ex vrbe, quàm à nuncijs in prouinciã miſsis, cauſæ Eccleſiaſticæ Diœceſis huius non modò cognoſcendæ, verùmetiam finiendæ committantur.

Seſſi. 25. ca 10. Tridẽ. Concilij.

Petiuit etiã Clerus vniuerſus, vt Reuerendiſſ. D. in his literis, quas primũ in vrbem dabit, ſupplicet S.D. Noſtro, quò rationẽ tamen illius habeat, nec eum Tridẽtini Concilij vinculis in his teneri velit, quæ ad pluralitatẽ ſacerdotiorũ et perſonalem reſidentiã pertinent, vel certè necesſitatibus ipſorum eo modo qui magis cõmodus videbitur, prouideat. Is eſt enim Diœceſis huius ſtatus, vt ſingulis in hac bonorum Eccleſiaſticorum acciſione, & ſumma Nouatorum quidlibet agẽdi licentia, vnum ſacerdotium ad vitam honeſtè & cum dignitate ſuſtinendam, nequaquã ſuffecerit. Eſt præterea hoc tẽpore (quod res ipſa loquitur) omniũ in-

iurijs

jurijs Clerus expoſitus. Multorũ enim fructus tenẽtur à malæ fidei poſſeſſorib. multi ſunt quoq; ab hæreticis interuerſi, & ad impietatem ipſorũ propagandã cõuerſi: multorum iuſtũ precium negatur, & nõ niſi poſt graues labores exhauſtos, & multas difficultates ſuperatas, id demũ ſoluitur, quod fũdi domino collibuerit. Quo fit, vt plerisq; ſacerdotibus deſint alimenta neceſſaria: tantùm abeſt, vt aliquid ſuperſit, quod auferri debeat. Quod ſe Reuerendiſsimus D. & ſpontè ſua, & Cleri precibus adductus, diligenter facturum promiſit. videt enim in quantis difficultatibus Diœceſis hæc illius verſetur, & quanta ſacerdotum penuria etiamnum laboret, periculum vt ſit, niſi legum ſeueritatem S. D. Noſtri clementia temperauerit, ne deſint non multò poſt (vt nunc eſt eorum omnium in deteriorem partem inclinatio) qui ad ſacerdotium promoueri velint: Et hoc eſt, quod cupiunt hæretici. Sic enim gubernatoribus ſublatis, atrociùs atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſarentur.

Fuit etiam conſtitutum, vt omnes & ſinguli, beneficiorum, præſertim verò curatorum poſſeſſores, qui iam à multis annis gaudent fructibus ſacerdotiorum, in illis autem non reſident, nec ſacris ſunt initiati; Parochiæ verò ipſorum illis negligentibus varijs erroribus ſunt contaminatæ, per proceſſum, quem vocant, publicum, ètiam per affixionem huiuſmodi proceſſus ad valuas Eccleſiæ Cathredralis VVladiſlauienſis, auctoritate Reuerendiſsimi D. Epiſcopi monerentur, quatenùs infra tempus, arbitrio eius Reuerendiſsimæ D. ſtatuēdum, iſti tales, maioribus ſacris ordinibus ſe inſigniri procurarent, & ad reſidētiam in ſuis beneficijs redirent, niſi duriores pœnas canonicas, à iure contra tales ſtatutas, experiri malint.

Inſuper conſtitutum fuit, vt ab omnibus beneficiatis, qui huic Synodo VVladiſlauienſi non interfuerunt, & quicunque deinceps, ad quæcunq; beneficia Eccleſiaſtica inſtitui deberent, exigeretur & in effectu præſtaretur profeſſio fidei orthodoxæ, ſub pœnis contrà recuſantes, arbitrio Epiſcopi pro tempore

pore exiſtētis, aut ſui vicarij Officialis ue generalis VVladiſlauienſis, ſtatuendis.

His abſolutis, peractisque Deo gratijs, Clerus Diœceſis huius, ſolenni benedictione accepta, dimiſſus: & ad ſua quisque redire, proque paſtore ſuo Deum precari iuſſus eſt. Et hæc fuit ſanctæ huius Diœceſanæ Synodi periodus. Sit IESV CHRISTO ſeruatori gloria.

Idem qui ſuprà Staniſlaus Craſſinius I. V. Doctor, & eius Reuerendiſſiimæ P. Cancellarius.

ACta ſunt hæc in Choro Eccleſiæ Cathedralis VVladiſlauienſis, Anno, die, quibus ſuprà. Indictione vndecima. Pontificatus S. D. N. & Domini, Domini PII. diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno tertio: Præſentibus Reuerendis Dominis, Laurentio Zalinski Abbate Coronouienſi, ordinis Ciſtercienſis, nec non Iozepho Conarzeuuski Iuris Pontificij doctore VVladiſlauienſi, Valentino Curzborski Pomeraniæ Archidiacono, Stiborio Krzikouuski ſcholaſtico, Stani-

ſlao Sczauuienski, Andrea Naramouuſki, Andrea Blinouuski, Caſparo Hannouio I. V. doctore, Petro Viſczelki, Martino Goſticzki I. V. doctore, Alberto Boruhouuski, Ioanne Piotrouuski, & Syluestro Roguczki medicinæ doctore, prælatis & canonicis VVladislauienſibus, Hippolyto in Lubraniecz Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & Georgio ab Heden Monialium Præmonſtratenſ. in Zukouu præpoſitis, multisque alijs prælatis, tam religioſis quàm ſecularibus, tunc in ſancta Diœceſana Synodo in ſpiritu ſancto legitimè congregatis.

ET ego Simon Stanislai de Coualeuo Clericus Gneſnenſis Diœceſis, publicus auctoritate Apoſtolica & in Archio Curiæ Romanæ deſcriptus Notarius, quia dictarum Conſtitutionũ promulgationi, alijsq; omnibus & ſingulis præmiſsis, dum ſic, vt præmittitur, coram præſato Reuerendiſsimo in Chriſto patre ac Domino D. Stanislao Carncouio VVladislauienſi, & Pomeraniæ Epiſcopo, ac Diœceſana VVladislauienſi

Syno-

Synodo, & per ipſum Dominum Epiſcopum agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interfui: eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audiui. Ideo de mandato quoque ipſius Domini Epiſcopi, exinde præſens publicum inſtrumentum confeci, & in hanc publicam formam redegi, ac me huic ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis vnà cum impreſſione ſigilli ipſius requiſitus, conſignaui in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum.

(.·.)

CONSTI-

CONSTITVTIONVM VVLADISLAVIENSIVM PARTIS PRIMAE.

TITVLVS. I.

CONSTITVTIONES SYNODALES Eccleſiæ & Diœceſis VVladislauienſis.

QVod licuit hactenus maioribus noſtris, vt in Synodis nuda præcepta Clero ſuæ Diœceſis proponerent, quæ ab illo cùm ipſiuſmet, tum populi rectè inſtituendi cauſa diligenter accurateque ſeruari vellent, idem & nobis licere arbitràmur: nec omni-
1. um, quæ ſtatuuutur, rationem eſſe reddendam. Delicata eſt enim illa obedientia, quæ præceptorum cauſas inueſtigat, & quorum rationem ignorat, his veluti leuioribus violādis, culpam nullam ineſſe perſuaſum

ſum habet. Ne cui tamen pro imperio agere, voluntatemque pro ratione afferre videremur, néue ſint, qui ita ſtatuant, iubere nos tantùm, non etiam docere, nonnihil hoc tempore ab vſu pridem recepto deflectendum, & aliam, edendis Diœceſis noſtrę conſtitutionibus, viam nobis inſiſtendam eſſe duximus: nimirùm, vt illis promulgandis, adderetur nonnunquam ratio, verbis, quoad eius fieri poſſit, breuiſſimis. Nam ita demùm ſperamus fore, vt ea memoriæ ſacerdotũ tenaciùs hæreant, quæ tradimus: & celeriùs non abſque fructu in opus exeant. Quin etiam proſpectum hac ratione voluimus Parochis rudioribus, & reliquis Diœceſis noſtræ Clericis: qui, cùm libris non abundent, his noſtris legendis non parùm adiuuari poterint, & certum obeundi ſui muneris, quo fungitur quiſque, modũ tenere. Quamobrem omnia, & quidem breuiſſimè, ſumus complexi: quæ vel ad vitam ipſorum informandam, vel ad populum inſtituendum, vel ad

2.
3.
4.
5.

traden-

tradendam Catholicã doctrinã, vel ad Eccleſiaſticos ritus conſeruandos pertinent: nihil vt ſit neceſſe, clerũ noſtrum longius ea petere, maioremque in illis conquirendis laborẽ ſumere. vt autem ordo ſeruetur, primùm omnium à Canonicis Eccleſię noſtræ Cathedralis exordium ſumẽdum eſſe putauimus.

TITVLVS II.

DE CANONICIS ET EOrum officio.

QVoniam primi ſunt poſt Epiſcopum Canonici Eccleſiæ Cathedralis, & aliarum inferiorum: prima quoque cura ipſorum & præcipua eſſe debet, vt ſuo nomini reſpondeãt.
1. Seſſi. 24. cap. 12. Et cùm diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinendæ cauſa ſint Cathedralium Eccleſiarũ collegia inſtituta: etiam atque etiã Canonici videant, vt diſciplinam conſeruent, quam tuendàm ſuſceperunt: ſicque in omnes partes oculos conuertant, nihil vt ſit inter eos quod ferri nò debeat, quodque diſciplina Eccleſiaſtica cohibe-

ri oporteat. Sicut autem primi ſunt 2.
poſt Epiſcopum, præſtantque digni-
tate ſacerdotibus cæteris, ita exēplo
doctrinaque ſua præluceant alijs, eiſ-
que ad pietatē & vitam cum honeſta-
te tranſigendam, duces ſint. Non vul
garis eſt illa Nepotiani laus, qua is ce-
lebratur hucuſque ab Hieronymo,
quòd non maius, nō minus neglige-
bat officiū, vt vbicūque eū quæreres,
inquit, in Eccleſia inuenires.

Videant etiam, ne peccata maneāt 3.
impunita, néue ijſdē de rebus alij ple-
ctātur, alij ne appellentur quidē, ſed
in delictis vindicādis ſeruetur æqua-
bilitas, cùm lex non perſonas atten-
dat, ſed perſonarum facta. Memine- Pſal. 2.
rint eius, quod ſcripſit propheta: Ap
prehendite diſciplinam, ne quando
iraſcatur Dominus, & pereatis de
via iuſta. quodque Paulus monens
ſcribent Hebræis, In diſciplina per- Cap. 12.
ſeuerate, quam, qui ferre non poſ-
ſunt, eos nothos, & non filios eſſe
profitetur. Ea verò diſciplinæ ra-
tio ad vitam Canonicorum maxi-
mè pertinet.

Tenen

Tenentur autem Canonici Epi-
4. ſcopo in rebus Eccleſiæ neceſſarijs adeſſe conſilio ſuo: Qua in re, doctrina præcipuè verſatur. Itaque, ne inania ſint eorum conſilia, exerceant ſe diligenter in legendis ſacris literis, & in Canonicis legibus, & in obſeruãda publica Catholicæ Eccleſiæ praxi. Nã vbi multa ſunt prudẽtiaq́ue conſilia, ibi multa ſalus eſt. Nec poſſunt alij cõſulere meliùs & fideliùs Epiſcopo ſuo, quàm, qui ſunt eiuſdem corporis membra, do-
5. meſtici & alumni Eccleſiæ. Eſt verò ad rectè conſulendum neceſſaria prudentia, doctrina, & beneuolentĩa, ſine quibus, manca & imperfecta ſunt conſilia. Nam & Moyſes non alios aſciuit ſibi conſiliarios, quàm ſapientes, gnaros, probatæ conuerſationis, & nobiles. Speciosũm eſt enim, à Presbyteris cognoſcere conſilia: quibus dicitur, Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite.

Berna. epi. 42. ad Henricũ Senonenſ archiepiſcopũ.

Prouer. 8.

Deuter.

Sed & iura, priuilegia, libertates Eccleſiarum, atque adeo totius Diœ-

ceſis

ceſis ſeruare tueriq́ue Canonicorum intereſt, quādoquidem cuſtodes ſunt immunitatum illius omniū. Quamobrem excutiant diligenter Archium Eccleſiæ ſuæ, priuilegia omnia conſcribant, indices conficiant, libellos actionum & nominum ſiue debitorum, ad quæcunque pia loca pertinentiū, in promptu habeant, quibus cū res poſtulauerit, & ipſi, & Archidiaconi, & alij Eccleſiæ miniſtri, vti poſſint: ne fortaſsis eorum negligentia, res Eccleſiæ vel pereant, vel in alienā poſſeſſionem veniant: Volumus autem hæc fieri omnia, non aliqua priuata vſurpatáue poteſtate, ſed propria authoritate noſtra, quam nos ad huncactum impartimur Canonicis Eccleſiæ noſtræ, vt ita demùm celeriùs, maioreq́ue cum fructu ea conficiant, quæ ad rem præſentem videbuntur pertinere, cùm ſæpè talibus in rebus mora quantumuis non ita magna, periculoſa tamen eſſe conſueuerit. Curent etiam vt ſit Metrica Sacerdotiorum omnium totius Diœceſis, cum reditibus & emolumentis 7.

6.

Seſſi. 22. ca. vlt. pœna ſtatuitur occupātibus bona Eccleſiæ.

eorum. Quæomnia & ſingula, pro
eo ac debent conſeruare, tueri & de-
fendere nunquam prætermittant.
Ac ſi res vnquam difficilior accide-
rit, quàm vt eorum opera poſſit expli
cari, ſtatim fidem, opem & auctori-
tatem Epiſcopi ſui implorent, eius-
que præſidio in tuendis Eccleſiæ re-
8. bus vtantur. Sed & hoc operam dent,
vt omnia decenter & ſecundum or-
1. Cor. 14. dinem in Eccleſia fiant: vtque cùm
in diuinis officijs, tum in alijs mu-
neribus peragendis, honeſtas quæ
decet res ſacras conſeruetur. Ma-
Hiere. 48. ledictus eſt enim, inquit ſcriptura,
qui facit opus Dei negligenter. Sunt
9. autem Canonici, diuini cultus in-
ſpectores, & tenentur vel emendare,
quę vident perperàm fieri, ſi poſſunt,
vel ad eos, quorum id potiſſimùm
intereſt, quàm primùm referre. Nam
error, cui non reſiſtitur, approbatur:
faciliusque mala poſſunt in ipſis ini-
tijs corrigi, quàm cùm diſſimulan-
do ſumpſerint incrementa maiora.
10. Si quæ prębendæ vel dignitates ha-
bent annexa officia, curent eorum
poſſeſſo-

poſſeſſores, vt illis,quoad eius fieri poſſit,ſatisfaciant,ne legi obnoxij fiant,& ne vituperetur eorũ miniſterium.Itaq; exhibeant ſe probabiles operarios,cùm ſponte ſua,tũ quòd neceſſitas illis incumbat.nam væ illis, ſi non fuerint ea diligenter quæ debent,exequuti.

2. Cor. 6.
2.Tim.2.

II. Anniuerſarios accuratè ſeduloq́ue abſoluant, ac pro fratribus defunctis deo preces fundãt,&ſacrificia offerãt. Simul meminerint, ſe quoq; mortales eſſe,& eodẽ,quò ipſi præceſſerunt, currere. Vetus eſt enim illud: Ab alijs expecta,alijs quod feceris: Et, Qua menſura menſi fueritis, Chriſtus inquit,eadem remetietur vobis.

Chryſ. ho. 3.in epi.ad Philip. & in cap 15. 1.ad Cor. Ambro.de fide reſur. Cypr. epi. 5.li.4.& epiſt.6.li. 3. Clem. li.6 Cõſt.c.20. Damaſ. in oratione pro mortuis.

In ſolemnibus proceſſionibus & alijs ſupplicationibus quibuſcũq;, habitu,geſtu,inceſſu,grauitatem honeſtate conditam præſeferant,exẽploq́; ſuo,cæteris aſtantibus & eorum facta intuentibus,ad pietatem præeant.

Marc. 4.

In choro non ſint ocioſi , non ſtertant, non ſermones miſceant: ſed vel orent attentè, vel pſallant, pſallenteſq́ue alios iuuent. Turpe

Matt.20. eſt enim cùm dicitur: Quid hîc ſtatis tota die otioſi?

13. Poſtremò ſint, quod dici volunt, Canonici, id eſt, regulares: viuant ad ſcripturæ ſacrę Canonumq́ue pręſcri

Mart. 5. Luc. 8. ptum: nec ab eo ſibi vel minimùm deflectendum eſſe putent. Nam cùm ſint ſal terræ, prouidere debent, vt ſaliant inſulſos. Cùm ſint lux accenſa, oportet eos lucere his, qui in domo ſunt: neque velint eſſe lucerna ſub modio, ſed ſuper candelabrum, & in omniũ conſpectu poſita: vt qui domum intrant, lumen videant, & videntes glorificent patrem, qui eſt in cœlis.

14. Priùs, quàm autem recipiantur ad Eccleſiam noſtram, volumus vt fidei profeſſionem, tam coràm nobis vel vicario noſtro, quàm in Capitulo faciant, iuxta formam à S. D. No-

Seſſi. 24. Cap. 12. ſtro Pio IIII. Pontifice Maximo olim præſcriptam: quam etiam curẽt ſuis libris Capitularibus inſcribi: nec vllum deinceps in ſuum conſeſſum admittant, niſi priùs eandem fidei profeſſionem fecerit, ſub pœna à S. Conci-

Concilio Tridentino decreta. Quæ autem de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis dicta ſunt (quatenus ad pietatem eorum exercendam, vel ad mores formandos, vel ad ordinem & decorem in eorum Eccleſijs conſeruãdum pertinent) eadem illa ad Collegiatas etiam Diœceſis noſtræ pertinere volumus.

TITVLVS III.
DE VICARIIS ET ALIIS INferioris ordinis Clericis.

OMnes ſacerdotes, cuiuſcunque gradus fuerint, attendant officio ſuo, & miniſterium ſuũ diligenter impleant. 2. Tim. 4.
Quibus verò Chori gubernandi partes mandatæ ſunt, vel qui pſallendi munus obtinent, aut alijs officijs in Eccleſia fungũtur, ſedulò prouideant, vt quæ debent, cũ ſumma qua poterint, honeſtate grauitateque abſoluant, vtque ſuis temporibus dẽtur diuinis officijs initia. 1.
Inter canendum verò & pſallendum caueant ne verba pręcipitent, ne ſup-

1. Cor. 14. primant, ne quid pro quo ſubſtituãt, ſed quod vult Apoſtolus, pſallant ſpiritu, pſallant & mente: vt cùm lin gua orent, mens etiam ipſorum abſ-
2. que fructu non ſit. Recordentur aſtare ſe vultui Dei, cingi angelorum cohortibus, & habere populi aſtantis oculos in ſe coniectos: quare prouideant, vt quæ faciunt, religioſè faciant: non veluti temporis aut priua
Epheſ 6. ti commodi gratia, non ad oculum ſeruientes, ſed tanquam Domino.

Quæ præſtabunt tantò faciliùs,
3. quantò fuerint magis ab omni vitio rum ſorde remoti. Quam ob rem, do mi ſuæ, ſobriè, caſtè, pieque viuant: ebrietatem fugiant, ocium tanquã fomentum vitiorum omnium deuitent, honeſtis laboribus occupẽtur. Celebratur enim illud dictum cuiuſdam ex Aegypti monachis, operantẽ fratrem ab vno dęmone pulſari, otioſum verò ab innùmeris vaſtari. Inprimis verò ſacris literis inuigilẽt, &
Hiero. ad Nepot. illud ꝑpetuò prę oculis habeãt, quod eius ordinis viris pręcepit quidã ex pàtribus, Ama (inquiẽs) ſcientiã ſcriptu

rarum,& carnis vitia non amabis. 4.
De cætero, quęcũq; ſunt vera, quęcũq; pudica, quæcunq; iuſta, quęcũq; ſancta, quæcunq; amabilia, quęcunq; bonæ famæ; ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitent, hæc agant, Philp. 4.
vt Deum pacis habere poſſint ſecum manentem.

TITVLVS IIII.

De ordinandis.

QVoniam ſemper erunt noui operarij in vineam Domini ſubmittendi, etiam atque etiam curandum eſt, vt hi ſint quàm probatiſſimi, qui ad ſacros ordines, præſertim verò ad ſacerdotium, vocabuntur.
Quare, ſi qui erunt ſacris initiandi, 1.
mandamus, vt vno menſe ante ordinationem, deſiderium ſuum explicent Parocho, ſub quo vitam degunt, qui nomina ipſorum denuntiabit populo, ab eoq; teſtimonium pe- Seſſ. 23. c. 5.
tet, ac nos vel ſuffraganeum noſtrũ, per ſuas patentes, de re tota certiorẽ faciet. Nã & noſtra, & Eccleſię Dei 2.
plurimũ intereſt, tales vt aſſumãtur,

qui bonum teſtimonium, ſi minus
ab externis, ſaltem à domeſticis ha-
beant. Libentiùs enim populus his
præſidentibus morem gerit, quos vi-
det ſuo ſuffragio ſiue teſtimonio ad
ſacra myſteria eſſe aſſumptos.

3. Mandamus autem omnibus Ca-
thedralis noſtræ, Collegiatarum, Cō-
uentualium, & Parochialium Eccle-
ſiarum prædicatoribus: cùm anni
quatuor tempora aduenerint, qui-
bus de more ordinatio fieri conſue-
uit: vt ex loco ſuperiore denunciēt,
ſi qui erunt ordines ſuſcepturi, vt ma
turè, hoc eſt quarta feria, apud Eccle-
ſiam hanc noſtram, vel in loco ordi-
nationis, pręſtò ſint: & ſe apud præ-
fectos examinis ſiſtant, vt per biduū,
quod eſt diei ordinationis interie-
ctum, accuratiùs examinari poſſint.

4. Adferant autem ſimul, & à ludi
Vide Cypr. moderatore, ſub cuius diſciplina
li. 2. epiſt. 5 ſunt verſati: & à Parocho ſuo, vel à
& li. 1. epi-
ſto. 4. magiſtratu, aut ab his omnibus, ge-
Lāpr. in vi neris, ætatis, inſtitutionis, perſonæ,
ta Alexād. morum, doctrinæ, vitæque teſtimo-
Pertinacis.
S[illegible] c. 7 nium: ſine quo admitti quenquam
ad

ad ſacros ordines prohibemus.

Moneatur etiam populus, vt in 5.
quatuor temporibus, diligenter Deo
ſupplicent, quo mittat dignos ope- Matt. 9.
rarios in meſſem ſuam: & his, qui or-
dinantur, gratiam ſuam impartiat,
vt munus, quod ſuſcipiunt, dignè &
cum fructu multorum expleant. Nã 6.
eorum quoque intereſt, vt habeant
idoneos verbi & ſacramentorum mi-
niſtros, à quibus ſanam doctrinam
hauriant, & quorum exemplo in pi-
etate iuuari queant.

TITVLVS V.
DE OFFICIO EXA-minatoris.

EXaminatorum officium fuerit, diligenter eorum, qui ordinandi ſunt, doctrinam explorare & vitam. Examinandi autem hæc erit ratio. Quæratur ex ordinando, cuias, & qua ętate ſit. Nam Concilium Seſſi. 23. cap. 12. Tridentinum, Subdiaconũ ante annum viceſimum ſecundum: Diaconum ante viceſimum tertium: Preſ-

byterum ante viceſimum quintum, ordinari vetat,quam probandi rati-
Seſſ.21.c.2 onem,etiam ad regulares extendi vo
2 luit.Item,ad quem titulum petat ordines.cauetur enim, ne quis admittatur,niſi ſacerdotium ſufficiens,& quidem quietum habeat. Nam ſacerdoti mendicare, vel ſacrificio venali vti,fas non eſt. Ad patrimonium
3. non admittatur quiſquam ordinari, niſi Epiſcopi iudicio probatus,qui verè patrimonium obtineat: & quidē tale, quod illi ad vitam honeſtè ſuſtentandam ſatis ſit,quodque ſine licentia Epiſcopi ſui alienare non poſſit,priuſquam ſufficiens habuerit ſacerdotium,ex quo viuat. Volumus autem, vt abſque ordinarij ſui facultate,nemo audiat ab alio epiſcopo ordines ſuſcipere. Præcipuè verò exploretur,num ſanæ doctrinæ ſit: num eos progreſſus in literis fecerit, vt poſſit apud alios doctoris officio fungi: num ordines petat hoc animo, vt Eccleſiæ ſeruiat,& vineam Domini fideliter colat.
4. Neque verò in ea re tantum examinatorum officium verſa-

Vbi ſupra. Et in Bulla Pij quarti. An.63. edita.

Seſſ.23.c. 8

verſabitur, vt eorum dignitatem explorent, qui ſunt ſacris ordinibus adhibendi, ſed maiori etiam diligentia in id incumbent, vt eos, qui ad Parochias inſtituendi ſunt, accuratè examinent, num reuera tales ſint, quibus tantum hoc munus, (cura nimirum animarum) mandari queat. Huius autem ipſorum muneris partes, copiosè ſunt in Concilio Tridentino perſcriptæ, indeq; peti poſſunt. In concurſu tamen, ſi qui vnquam (vt quidem optandum eſt) acciderit, eorum potiſſimam rationem habeant, qui facto diligenti examine, præ cęteris videbuntur digniores. Seſſio 24. cap. 18.

TITVLVS VI.

DE IMPEDIMENTO ORdinandorum.

VIdeãt examinatores, ne quid hæreticum ſapiant, qui ordinandi ſunt: ne ſint doctrinæ chriſtianę ignari, & bonarũ literarum rudes, ne ſpurij, ne mẽbro aliquo notabili deformes, ne caduco morbo vęxati, ne apoſtatę: ne minores natu, q̃ ſacrũ Cõcil. Tridẽ-

Tridentinum et Canones exigunt: ne infames vel energumeni, ne abſtemij, excommunicati, vel Simoniaci. nam qui eiuſmodi ſunt, arcendi e-
1. runt ab ordinibus. Quod ſi quid in eorum examine difficilius acciderit, noſtro vel vicarij noſtri iudicio res
2. terminabitur. Cùm enim præſtantiſſimum ſit ſacerdotij munus, nemini dubium eſſe poteſt, quin ſit etiam cura maxima in his deligẽdis & probandis adhibenda, qui ſunt in hunc ordinem publico iudicio cooptādi.
3. Nam accidit perſæpè, vt populus ex ſacerdotum dignitate, ſacramentorum etiam dignitatem metiatur:

TITVLVS VII.
DE PROVISIONIBVS SEV INſtitutionibus.

QVoniam non tantùm in ordinibus cõferendis, quantum in his inſtituendis, quibus mandatur animarum cura: locum habet illud
1. Tim. 5 Apoſtoli preceptum: Manum citò nemini impoſueris. Ideo ſumma diligentia

ligentia prouidendum eſt, ne alijs 1.
quàm probatis & idoneis, paſcendarum Chriſti ouium munus conferatur: vt, qui aſſumuntur in partem ſol licitudinis, eiuſmodi ſint, qui ſe exhibeant probabiles operarios, rectè 2. Tim. 2.
tractantes verbum veritatis, qui gregem ſuum diligant, qui animam ſu- Ioan. 10.
am ponant pro ouibus ſuis. Quare 2.
probentur diligenter, num ſatis intelligant quæ legunt: num apti ſint ad explanandas ſacras litteras, num Decalogi & Eccleſiæ præcepta, num ſacramentorum numerum, & quæ cuiusque vis ac poteſtas ſit, ſatis teneant: num ea quoque mente ſint præ- Phili. 2.
diti, vt non quærant, quæ ſua ſunt, ſed, quæ IESV CHRISTI: num vitam ſuam ita moderari velint, vt & proſint ſibiipſis, & alijs odor ſint 3.
vitæ in vitam. Sciant ſe non ad otiũ, 2. Cor. 2.
non ad delitias, nõ ad quietem, & ſectanda priuata vitæ commoda: verùm ad opus, ad laborem, ad curam, nonnunquam etiam ad præſentia pericula vocari. Quam ob rem, fortes eſſe oportet, omniaque conſtanter,

pro

pro Chriſti nomine,& populi ſalute
Ioan. 10. perferre. Qui amant animam ſuam, perdent eam: qui verò perdiderint eã propter Chriſtum & euangelium, in vitam æternam cuſtodient illam. Pa-
4. ſtorum intereſt, ſalutem ouium ſuarum quærere, & pro illis, cùm res poſtulauerit, animam ſuam non grauatim ponere, ſummi Paſtoris Chriſti exemplo, qui pro grege ſuo mori dignatus eſt. Hoc animo preditos eſſe oportet, quibus erit animarum cura mandanda. Bonum eſt autem hæc il-
5. lis proponi ab initio, vt ſciant, quòd cùm noua vita, nouam etiam militiam inſtituant, quodque magnum
2. Tim. 2. illis inſtet laborum & periculorum certamen. Labora, Paulus inquit, ſi-
Eccle. 4. cut bonus Chriſti miles. Et Sapiens hortatur, vſq; ad mortem certa pro iuſtitia. Sic enim futurum eſt, vt pro bono certamine, accipiant repoſitã coronam, quam reddet illis Domi-
Seſſi. 24. cap. 18. nus in illo die iuſtus iudex. Quam ob rem, nolumus quenquam ad vllum
6. ſacerdotium, curatum præſertim admitti: niſi prius fuerit per nos, vel deputatos

putatos à nobis, diligenter probatus. Debebit autem is teſtimonium eorum ſcripto comprehenſum, nobis vel vicario noſtro, exhibere. Cæterùm examinatores videant, ne quid hac in parte dent carni & ſanguini: ne quid amicitiæ tribuant, odio, vel gratiæ, in quo eorũ cõſcientias, quàm maximè obſtrictas eſſe volumus. 7.

TITVLVS VIII.

SIMONIAE VITIO QVEMadmodum occurratur.

CVm autem teterrimum illud Simoniæ vitium animos nonnullorũ occupauerit: & quod ſanè dolendũ eſt, vſq; adeò radices altas egerit, vt iã plerisq; nullã peccati mortalis rationem habere videatur. Nos, vt 1.
ex animis omniũ peſtẽ hanc, & beluã multorũ capitũ, pro eo ac debemus, euellere poſſimus: mãdamus, ne quis priùs ad vllũ ſacerdotiũ vel Parœciã admittatur, quàm iuramentum, in noſtris vel vicarij noſtri manibus, præſtiterit: quo ſe probet ab hoc tanto ſcelere, liberum & immunem eſſe.

Nefas

2. Nefas eſt enim, donum Dei, quod ſacerdotio annexū eſt, pecunia poſſidere velle. Cogitēt qui eiuſmodi ſunt,
Act.8. qua pœna Simon ille multatus ab Apoſtolo Petro fuerit: cùm oblato precio donum ſancti ſpiritus concedi ſibi peteret: tum quo mo-
4.Reg.5. do Gezi Eliſæi ſeruo poſteritatique illius vniuerſæ, lepra inhæſerit: Et quorum ſuppliciū perhorreſcūt, eorum etiam exemplum fugiendū ſibi eſſe putent. Scripta ſunt enim hæc A-
3. poſtolo teſte ad correptionem noſtram. Et extant pœnæ grauiſſimæ aduerſus tales in Bulla Pauli II. edi-
In extrauagante. tæ, quæ incipit: Cùm deteſtabile. Et in alia PII. quarti, de confidentijs,
4. Anno ſexageſimo quarto, XVI. KL. Nouembris promulgata. Quare ab hoc tanto ſcelere, quo nullum tetriùs eſſe poteſt, diligenter ſibi caueant: & pauperes in domo Domini eſſe malint, quàm opibus abundare malè quæſitis. Iuramenti autem, quod in aliarum Diœceſum Synodis obſeruatum fuiſſe videmus, talis eſt forma.

TITV-

TITVLVS IX.

FORMA IVRISIVRANDI OB SImoniæ ſuſpicionem dandi.

EGo N. præſentatus vel electus &c. ad beneficium N. iuro per ſacroſancta Dei euangelia, quæ meis manibus tango, neque me beneficij obtinēdi cauſa, vel vt ad id præſentarer aut nominarer, &c. neque quenquam alium meo nomine, aut conſentiente vel ſciente me, quicquam collatori, patrono, ſeu alij cuiquam ea de cauſa promiſiſſe aut dediſſe, aut compenſaſſe, aut priùs datum confirmaſſe, vel apud quenquam depoſuiſſe: neque mutuo dediſſe, vel locâſſe: vel priùs mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocunque modo debitum remiſiſſe aut relâxaſſe. nec de domibus, terris, prædijs, reditibus eius Eccleſiæ fructibúsue, decimis aut oblationibus eiuſdē, prętæritis pręsētibus ac futuris: donationē, remiſſionem, locationem feciſſe, aut iniuiſſe .Ita me Deus adiuuet, & hęc ſancta Dei Euangelia.

TIVTLVS X.
DE FIDEI PROFESSIONE & eius forma.

QVibus etiam prouidendum erit de ſacerdotijs ciuitatum, oppidorum & villarum, cùm ſimplicibus, tum verò multò magis adiunctã curam animarum habentibus: hi priùs fidẽ Catholicã profiteantur, iuxta formã à S. D. Noſtro Pio IIII. fœlicis memoriæ P. M. in hęc verba perſcri-
1. ptam: Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continẽ-
2. tur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur: videlicet: Credo in vnũ Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibiliũ
3. omniũ & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtũ, filiũ Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcen-

dit

dit de cœlis: & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, ET HOMO FACTVS EST.. Crucifixus etiã pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas: Et aſcendit in cœlũ, ſedet ad dexterã Patris: Et iterum venturus eſt cum gloria, iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre filioque procedit: qui cum Pa- 4.
tre & filio ſimul adoratur & conglorificatur; qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſio- 5.
nem peccatorum. Et expecto reſur- 6.
rectionem mortuorum; & vitam venturi ſeculi. Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiões, reliquaſq; 7.
eiuſdẽ Eccleſiæ obſeruationes & cõſtitutiones, firmiſſimè admitto & amplector. Item ſacrã ſcripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet 8.
ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione

ſacrarũ ſcripturarum, admitto: nec
eam vnquam, niſi iuxta vnanimem
conſenſum Patrum, accipiam & in-
terpretabor. Profiteor quoq;, ſeptem
9. eſſe verè & propriè ſacramenta nouæ
legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro
inſtituta, atque ad ſalutem humani
generis, licèt nõ omnia, ſingulis ne-
ceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confir-
mationem, Euchariſtiam, Pœniten-
tiam, Extremam vnctionem, Ordi-
nem & Matrimonium, illaque gra-
tiam conferre. Et ex his Baptiſmum,
Confirmationem & Ordinem, ſine
10. ſacrilegio reiterari non poſſe. Rece-
ptos quoque & approbatos Eccleſię
Catholicę ritus, in ſupradictorũ om-
nium Sacramentorum ſolenni ad-
miniſtratione recipio & admitto.
11. Omnia & ſingula, quæ de peccato o-
riginali, & de iuſtificatione in ſacro-
ſancta Tridentina Synodo, definita
& declarata fuerunt, amplector & re-
12. cipio. Profiteor pariter in Miſſa of-
ferri Deo verum, proprium & propi-
13. tiatorium ſacrificium pro viuis & de-
functis. Atque in ſanctiſſimo Eucha-
riſtiæ

riſtiæ ſacramẽto, eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter, corpus & ſanguinẽ vnà cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: fieriq́ue conuerſionem totius ſubſtantię panis, in corpus: & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionẽ Catholica Eccleſia Trãſubſtantiationẽ appellat. Fateor etiam, ſub altera tan- 14.
tùm ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumq́ue Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatoriũ 15.
eſſe, animasq́ue ibi detentas, fideliũ ſuffragijs iuuari. Similiter & ſanctos 16.
vnà cum Chriſto regnantes, venerandos atque inuocandos eſſe, eosq́ue orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero, imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper virginis, necnon a- 17.
liorum ſanctorum, habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiẽdam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à 18.
Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq́ue vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo.

19 Sanctam Catholicam & Apoſtolicã
Romanam Eccleſiam, omnium Ec-
cleſiaru matrem & magiſtram, agno-
20. ſco. Romanoque Pontifici beati Pe
tri Apoſtolorum Principis ſucceſſo-
ri, ac Ieſu Chriſti vicario, veram o-
21. bedientiam ſpondeo ac iuro. Cętera item omnia, à ſacris Canonibus
& Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas & reiectas & anathematizatas, ego
22. pariter damno, reijcio & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque à meis ſubditis vel illis, quorum cura ad me, in munere meo ſpectabit, teneri, doceri & prędicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem
N. ſpon

N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me DEVS adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Hoc autem fidei profeſſionis iuſiurandum, verbis, vt ſuprà conceptis, dandum eſt genu vtroque flexo, & manu dextera ad Euangeliorum codicem admota. 23.

TITVLVS XI.

DE PAROCHORVM OFFICIO, & aliorum curam animarum habentium.

PArochis ea cura incumbit, vt agnoſcant pecoris ſui vultum, vt ante oues vadant, eas vocent nominatim: paſcant in lætis & pinguibus paſcuis; proponant puram doctrinã, ab omni errore & hæreſi auertant: nec permittant, vt in aliquam prauã opinionem, à Dei verbo & Eccleſiæ Catholicæ doctrina abhorrentem, quod abſit, incidant. quod minore negocio prẹſtabunt, ſi per ſe ipſos munere ipſi ſuo functi fuerint. valet enim plurimùm viua paſtoris vox, & altiùs in hominum mentibus figit radices. Prouer. 17. Ioan. 10. Ezech. 34

1. In prædicando Dei verbo & ſacra ſcriptura explicanda, libris tantũm Catholicis vtantur: omnes verò indice Romano prohibitos, & alios quoſcunque ſuſpectos prorſus abijci-
2. ant. De quibus autem iudicium difficile fuerit vel dubium, eos vel nobis, vel vicario noſtro præſentẽt: nec alios apud ſe retineant, niſi probatos, & à viris Catholicis, Latino vel populari ſermone conſcriptos: alioqui excommunicationem ſe incurriſſe
3. nouerint. Vt autem hac in parte iuuari poſſint, dabitur à nobis opera, vt aliqua Poſtilla conſcribatur materna gentis noſtræ lingua, quæ complectatur doctrinam Catholicam: & qua explicentur Euangelia Dominicis feſtisque diebus in Eccleſia recitari conſueta.
4. Abſoluta cõcione, clara voce orationẽ dominicã, ſalutationẽ angelicã & ſymbolũ pronũtient: vt ea populus faciliùs ediſcat, & memorię cõmẽdet. Addent præterea Decalogi præcepta, in Aduentu præſertim & Quadrageſima. Generalem Confeſſionem

nem nunquam prætermittent,ſed ea recitanda præibunt populo, quj eos veluti duces,pronūtiando ſubſequetur, & humiliter à Deo peccatorum veniam poſtulabit.

Doceantur etiam fideles,quoties occaſio ſe dederit,quid Miſſa ſit,quæ & quanta myſteria contineat, quis etiam ex ea fructus ad auditores attentos redundet. Accendentur enim maiore tanti ſacrificij amore,vbi vim eius & vſum cognouerint. Sciant quā ob rem frequenter celebretur in Ecclesia,& quid interea dum illam fieri vident,meditari debeant. Quod quia fuit hactenus neglectum, ſummum huius tremendi myſterij contemptū fuiſſe conſequutum,paſſim non ſine dolore cernimus:adeò,vt quamlibet ei quidam pręſentes interſint,tamen prophanum aliquid, non rem ſacrā & maximè diuinam agi putent, atq; ideò attentionem omnem in audiendo remittant,nec eius, qualem oporteret curam gerant: magis adeo mutuis ſermonibus occupentur, nō abſq; aliorū ſcandalo,& animarū ſu- 5. Seſſi. 22. c. 8. in doctr. 6. 7.

arum iactura. Singulis etiam feſtis diebus, aliquid Parochi ex Cathechiſmo Romano, quem breui in Diœceſim noſtram importandū curabimus, populo proponant, de his rebus quas noſſe omnium intereſt ad ſalutem, vt ſcianr quid amplectantur articuli fidei, quid contineat Decalogus; quid petant orationem Dominicam proferentes; quis Sacramentorum ſit numerus, quę vis eorum ac poteſtas, quis item vſus, & quomodo fideles in illis ſuſcipiēdis affectos eſſe oporteat.

9. Seſſ. 24. cap. 4. A prandio verò, pueros & familiam domeſticam in templū conuocent, eosque in Chriſtianæ fidei primis rudimentis inſtituant. Sic fiet, vt cùm legem Dei cognouerint, non facilè in eā peccando cōmittant. Multi enim etiam ex ſenioribus peccant ignorantia; ſuntq; eorum, quæ ſcire debent, prorſus rudes.

10. Seſſ. 24. ca. 7. Priùs quàm verò populo Sacramenta impartiant, eorum vim & vſum, pro captu fidelium exponere debent, vt ſciant quid ſuſcipiant; & quem inde fructum referant. Erigantur eorum

rum mentes ad Deum, ſimul reuol-
uant animis bonitatem illius ineffa
bilem, qui hæc dona ſua, ipſorum ſa-
lutis cauſa dedit hominibus, quibus
ſi caruiſſent, difficulter peccatorum
veniam conſequi, & ſalutem obti-
nere potuiſſent. Quare agant grati- 11.
as Deo, quòd his medijs eorum ſalu-
ti proſpexerit: ament ea velut præ-
ſentiſſima pharmaca, & eis crebrò v-
tantur, ſi vnum cum Deo eſſe velint,
vt quidem velle, in eoq; maximè la-
borare debent.

In adminiſtratione verò Sacramē- 12.
torū, ſequātur Agēdarū ſuarū præſcri
ptum, nec ab illis vel latum vnguem
diſcedant, nec vllas cæremonias præ-
termittant, quæ nō carent ſuis peculi
aribus myſterijs: quarum contēptus
non eſſet futurus abſque graui pecca-
to, modò abſit neceſſitas.

Illud autem prouideant, vt ſacra- 13.
menta omnia, reuerenter, ſumma-
que cum honeſtate adminiſtrent,
mortali peccato quoàd eius fieri poſ-
ſit, vacui. Sint mūdi q portāt vaſa do Eſa. 52.
mini, vaſa gratię, vaſa benignitatis

cœleſtis,ex quibus hauritur peccatorum venia, & confertur vita æterna.
14. Mundent confeſſione præmiſſa conſcientias ſuas,antequàm ad ea impartienda accedant. Nam ſancta ſanctè
15. tractari debent. Cùm exorciſant vel Cathechiſant infantes,cùm liniunt, cùm abluunt, cùm vngunt vel abſoluunt,curent vt omnia & ſingula,quæ ad rem præſentem pertinent,non obiter,non præcipitanter, non veluti fugientes, ſed grauiter & reuerenter faciant: vt populus eos religioſè agere videns,tangatur & ipſe religione, magiſque rapiatur in Sacramentorum amorem.

(.·.)

CONSTI-

CONSTITVTIONVM VVLADISLAVIENS. PARTIS II.

TITVLVS I

DE BAPTISMI ADMIniſtratione.

DEinceps vnũ tantùm vel duos ad ſummum in Baptiſmo ſuſceptores admittant, iuxta Concilij Tridentini decretũ, quod Seſſi. 24. cap. 2.
ſic habet: Vnus tantùm ſiue vir ſiue mulier, iuxta ſacrorum Canonũ instituta, vel ad ſummum vnus & vna, baptiſatum de baptiſmo ſuſcipient: inter quos & baptiſatum ipſum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptiſantem & baptiſatum, baptiſatique patrem & matrem, tantũ ſpiritalis cognatio contrahatur. 1.
2. Parochus antè quàm ad baptiſmum cõferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit ſciſcitetur, quem vel quos elegerint, vt baptiſatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel

eos

eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittat: & in libro eorum nomina deſcribat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne igno-
3. rantia aliqua excuſari valeant. Quod ſi vltra deſignatos baptiſatum tetigerint, cognationem ſpiritalem nullo pacto contrahant, conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Si Parochi culpa vel negligētia ſecus factum fuerit, arbitrio
4. ordinarij puniatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenētem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritalis cognationis impedimento omninò ſubla-
5. tis. Canonem hunc in concionibus populo ſemel & iterum ad verbum, lingua vernacula, volumus recitari, atque diligenter omnes admoneri, vt ei parcāt, ne quiſquam
6. ignorantiā prætendere poſſet. Hortētur aūt populū, ne hanc nouitatē horreant, neçaliquid ſacramento detractum eſſe putent. neq; enim hac lege
ſanci-

anciēda aliud ſpectatum fuit, quàm
ne cognatio ſpiritalis pateret latiùs:
vtque liberiora eſſent matrimonia. 7.
Ac poſſe quidem plures baptiſando
infanti aſtare, ſed non alij erunt veri
patrini, quàm quos Parochus libro
ſuo baptiſmati inſcripſerit. Habeat 8.
autem peculiarem librum ad ſcribē-
da baptiſatorum & ſuſceptorum no-
mina, & eum diligenter ſeruet: adiū-
get parentes baptiſati, annum, men-
ſem, & diem, adminiſtrati baptiſmi.
Hactenùs Concilij verba.

9. Sponſores ſiue patrinos eos tantū
admittet, qui ſint pij & Catholici,
& quos veriſimile ſit inſtitutio-
ne ſua infantem cùm ætate proceſ-
ſerit, poſſe inſtruere in fidei ſana
doctrina. Cuius etiam officij mo- 10.
neantur per Parochos, vt filium,
quem CHRISTO per baptiſmum Aug. epiſt.
genuerunt, in Cathechiſmo & veri 23. ad Boni
Dei notitia inſtituendū curēt, vel in- fa. & 105.
ſtituant ipſi: ſunt enim pro illo corā ad Euod.
Deo ſponſores. Ac ſi eum in errorē & ſerm. 6.
quempiā vel hæreſim labi viderint, de octauæ
paſchæ,

etiam

eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittat: & in libro eorum nomina deſcribat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne igno
3. rantia aliqua excuſari valeant. Quod ſi vltra deſignatos baptiſatum tetigerint, cognationem ſpiritalem nullo pacto contrahant, conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Si Parochi culpa vel negligẽtia ſecus factum fuerit, arbitrio
4. ordinarij puniatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenẽtem non egrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritalis cognationis impedimento omninò ſubla-
5. tis. Canonem hunc in concionibus populo ſemel & iterum ad verbum, lingua vernacula, volumus recitari, atque diligenter omnes admoneri, vt ei parcãt, ne quiſquam
6. ignorantiã prætendere poſſet. Hortẽtur aũt populũ, ne hanc nouitatẽ horreant, neç aliquid ſacramento detractum eſſe putent. neq; enim hac lege ſanci-

ſanciẽda aliud ſpectatum fuit, quàm ne cognatio ſpiritalis pateret latiùs: vtque liberiora eſſent matrimonia. 7.
Ac poſſe quidem plures baptiſando infanti aſtare, ſed non alij erunt veri patrini, quàm quos Parochus libro ſuo baptiſmati inſcripſerit. Habeat 8.
autem peculiarem librum ad ſcribẽda baptiſatorum & ſuſceptorum nomina, & eum diligenter ſeruet: adiũget parentes baptiſati, annum, menſem, & diem, adminiſtrati baptiſmi. Hactenùs Concilij verba.

Sponſores ſiue patrinos eos tantũ 9.
admittet, qui ſint pij & Catholici, & quos veriſimile ſit inſtitutione ſua infantem cùm ætate proceſſerit, poſſe inſtruere in fidei ſana doctrina. Cuius etiam officij mo- 10.
neantur per Parochos, vt filium, quem CHRISTO per baptiſmum genuerunt, in Cathechiſmo & veri Dei notitia inſtituendũ curẽt, vel inſtituant ipſi: ſunt enim pro illo corã Deo ſponſores. Ac ſi eum in errorẽ quempiã vel hæreſim labi viderint, etiam

Aug. epiſt. 23. ad Bonifa. & 105. ad Euod. & ſerm. 6. de octauæ paſchæ.

12. etiam atque etiam reuocare ſtudeāt. Proponant ſibi exemplum illud imi
Vict. lib. 3. Vand. per ſeq. tandum Mitrię viri pij & Catholici, qui cùm Elpidophorum ſpiritalem filium à fide Catholica defeciſſe cognouiſſet, nihil curę, laboris, diligentiæ prætermiſit, vt eum ad ſanitatem reuocatum, Chriſto poſſet lucrifàcere. Cùmque ille perſtaret nihilominùs in ſententia, monitaque boni viri contemneret, prolatis linteis, quibus eum poſt ſacrā lotionē inuoluerat: Hæc te, inquit lintcamina accuſabunt, cùm Domini iudicantis maieſtas aduenerit, quæ diligentiâ meâ cuſtodientur in teſtimonium perditionis tuæ. Hoc exemplum iuuat inculcari fidelium memoriæ, vt patrini officij ſui meminerint: vtque ſpirituales ſuos filios, ab omni hæreſum & ſchiſmatum labe deterreant. Quibus melius fuerat, viam veritatis non cognoſcere, quàm poſt agnitam retrorſum conuerti, ab eo quod eſt eis traditum ſancto mandato. Vt autem huic ſacramento adhibeatur maior honeſtas, curent diligenter con-

ſeruari

ſeruari fontem baptiſmi, ne ad illũ acceſſus cuiquam profano pateat: ne aqua ex eo petatur, ne quid illi, præter ſacrum Chriſma, per Parochum indatur, ne quæ ſordes aquam immũdent, vel aliquid ſit, quod aſtantium oculos offendat. Quæ res Archidiaconis noſtris curæ eſſe debebit. Expediret etiam, vt Parochi in hebdomada ſancta Dominicæ vt vulgò vocãt Palmarum, aſſeruari iuberent valentiores aliquot infantes, vt eis in ipſo Sabbatò ſancto poſt benedictionẽ ſacri fontis baptiſmi gratiam impartirent. Cùm enim officium totius octauæ ſit de renatis, bonum eſſet aliquos tum Sacramenti huius participes fieri, vt orationes ſacræ, quę publicè fiunt in templis, cum ipſa re congruerent. Caueant autem Parochi, ne quod infantibus (quod abſit) periculum creetur, néue ob morbum aliquem, vel infirmas corporis vires, absque lauacro ſpiritali decedant. Hoc autem quod nunc dicimus, etiã in ſabbato ſancto Pẽthecoſtes, quoàd eius fieri poſſit, obſeruari cupimus.

TITVLVS II.
DE MISSA ET EV-charistia.

AD ſacroſanctum verò Miſſæ ſa-
crificium, quoties accedunt Pa-
rochi, cogitẽt ſe legatos hominũ eſ-
ſe ad Deum: Et cùm tremendum il-
lud ſacrificium peragunt, ſciant ſe-
queſtrorum ſe perſonam tenere, ſa-
croſanctamque illam hoſtiam vul-
tui patris cœleſtis incruento modo
præſentem ſiſtere, quam obtulit Chri
ſtus ipſe primùm quidem, iuxta vete-
rum Patrum & Sacri Concilij Tridẽ-
tini doctrinã, in vltima cœna incru-
entam. Poſtea verò cruentam in ara
crucis, cùm expiaret peccata noſtra,
cùm pro nobis patri cœleſti ſatisfa-
ceret, cùm aboleret chirographum
mortis contrarium nobis, crucique
ſuæ affigeret. Quare, ſumma qua poſ-
ſunt mentis puritate, ſacroſanctum
hoc munus abſoluant: vt & quæ vo-
lunt à cœleſti patre obtineant, & po-
1. pulum in amorem tanti ſacrificij ra-
piant.

Matth.26. Marc 14 Luc.22. Vide epiſt. Cōc.Ephe. ad Neſtor. Igna.epi. 6 ad Smyrn. Irenę li.4. ca.32. Hipol.de cō ſum.ſecul. Euſeb.lib.1 demōſt.ca vlt. Chryſ. hom.3. de incōpreh. Dei na. & prodi. Iud. to.3. Li. 6. de Sacerd. hom.18.in Acta Apo. Ambr. li.5 ad Theod. & ad Marcelli. Cyp. li.3. epiſt. 25.16.& li. 4. epiſt. 5. Seſſi.22. cap.1.

Canonem vtrunq; tacitè pronun- 2.
cient, reliqua voce clariore, quæ poſ- 3.
ſit audiri à populo. In ſacris verò can Inſtituit Vi
tatis, ne quid eorum prætermittant, gilius PP.
quę voce clariore cani conſueuerũt, Hermone
integrum ſymbolum canendum cu &Hono.te
rent, nec id vnquam decurtari per- ſtibus in
mittant: eſt enim noſtræ fidei profeſ- Gēma ani-
ſio. Sanctus & Dominicam orationē, mę li.1. ca.
nunquam ſub ſilentio proferant, ſed 103. Inno-
ita vt audiri queāt ab aſtantibus. Al- cē. li.3. de
terum enim laudem Dei, alterũ pre- ſacram. al-
ces communis populi continet. taris ca. 1.

4

Vbi ſunt Organa, prouideant ne
quid ſonent eorum præfecti vel pro- 5.
fanum, vel laſciuum, vel eo loco in- Seſſi. 22. c. vlt. doctr.
dignum: Sed ita cantum attempe-
rent, vt magis deuotioni, quàm au-
rium voluptati ſeruiat.

In priuatis cuiuſquā ædibus, Miſſa- 6.
rũ ſacrificia fieri prohibemus, ſed in Vbi ſupra.
Eccleſijs tantùm, vel Capellis diuinæ De cõſec.
rei dicatis, adhibitis mundo veſtitu, diſtin.1. Sa
lumine ornatu, & lapide ſacro. De- tius eſt.
cet enim diuinum hoc myſteri- In cõci. La
um ſumma mundities, nec poteſt odicenſ. ca. 58.

vnquam adhiberi tanta, vt non ma-
8. iorem etiam requirat. Caueant au-
tem Parochi, ne celebrando Miſſę ſa-
crificio adſint excõmunicati, inter-
dicti, vel alij tãto myſterio indigni,
quos ab eo diſciplina Eccleſiæ arcen-
dos eſſe putauit.

9. Etiam atque etiam videant, ne vi-
num, quod ad ſacrificium adhibẽt,
vel acetoſum ſit, vel corruptum, vel
nimis aquoſum, néue à natura ſua in
alienam defecerit: Alioqui, conſe-
cratio non abſoluitur, & ipſi idolola
10. triæ crimen non effugient. Quare v-
tantur vino potentiore, & curent ab
Eccleſiarum Prouiſoribus tale parari,
cuius vis diuturna & durabilis eſſe
queat, nec ſit corruptioni facilè ob-
11. noxium. Quod autem de vino dictũ
eſt, idem de pane intelligi volumus:
nimirùm vt Parochi prouideant, ne
ater ſit, ne mucidus, ne macula infe-
ctus; qui vel aſpectum aſtantium of-
fendat, vel ſumenti nauſeam afferat.
12. Prętantiſſima enim in altari offerẽ-
da ſunt; cùm ſub eorum ſpeciebus is
offeratur, qui eſt omni macula pror-
ſus

ſus vacuus, qui peccatum non fecit, 1. Pet. 2
nec dolus inuentus eſt in ore eius.

Miſſas pro rebus furto ſublatis recuperandis, vel pro infirmis pecudibus ſanandis, vel alijs rebus id genus, quæ à ſuperſtitione non multum abeſſe videntur, celebrari prohibemus. 13.

14. Quæ autē ad munditiem tanti ſacrificij pertinent, ea diligenter curari mandamus, videlicet vt altaris mappæ, pallę, corporalia, purificatoria, niteant, nec ſint vllis ſordibus infecta: lauētur cùm eſt opus, corporalia quidem & purificatoria per ipſum Parochum primùm, vel ſacerdotem quēcunq;, deinde per alias honeſtas perſonas ablutio abſoluatur: nec priùs admoueantur altari, quàm ſolita forma reconciliata fuerint.

15. In Primitijs ſiue nouis Miſsis, commeſſationes, ſaltationes, ebrietates, omnem denique luxum fieri prohibemus. Nefas eſt enim, eo die quo primum tremendi ſacrificij auſpicium faciunt, ſacerdotes rebus profanis ordineque ſuo indignis operam dare: quin hoc laborent potiùs, vt pijs & ca

ſtis precibus, in quibus eos diem totã ponere æquum eſt, Deum ſibi populoque Chriſtiano placatum reddant.
16 Petant ab eo ſe iuuari, quò eſſe queant idonei operarij, rectè tractantes verbum veritatis, & vigiles Dominicæ vineç cultores: vtque gratiam, quam ſunt eo die promeriti, deinceps etiam retinere poſſint. offenduntur enim ex vulgo plerique commeſſatione ſacerdotum: quin & ipſos ſacerdotes à functione tanti muneris, eiuſmodi intempeſtiua officia perſæpè impediunt: cùm plerosque videas, magis de menſis inſtruendis, deq; conuiuis accipiendis, quàm de ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, piè deuoteq; abſoluendo cogitare.
17. Meminerint ſacerdotes, quòd nouũ ſtatũ & genus vitę nouum incipiant: quare Deũ rogent, quo propoſitũ hoc ipſorũ, cùm ipſis, tum Eccleſiæ ſuæ fœliciter euenire velit.
18 Euchariſtiã in Miſſæ ſacrificio reuerenter tractent, vt populus rem ſacrã illos agere intelligat. Abſit nimia celeritas & feſtinatio. Abſint motus indecori, giratiões, & inuer-

inuerſiones ſacrę hoſtiæ: quę ſiue attollēda ſit in altū, ſiue paululum erigenda, ſiue cruces faciendę, grauiter id religioſeq; fiat. Sciant ſacerdotes 19.
ſe in conſpectu Dei & ſanctorum eius Angelorū tractare, Chriſtūq; præſentem ſuis manibus aſtare. itaq; videāt, ne quid admittant, quod nō deceat.
Conſecratā verò Euchariſtiā in loco 20.
mūdo cōſeruēt, mūdis velis & corporali ſubſtratis, nec aſſeruetur vltra dies quatuordecim: ſed cōsūptis hoſtijs prioribꝰ, alias ſufficiāt recētes, vt ſemper in prōptu ſint ad eos viatico cœleſti muniēdos, q iā vniuerſę carnis viā ingreſſuri vidētur. Lumē aūt ſiue lāpas, aut cereus, ante Sacroſāctū Euchariſtiæ Sacramētū ardeat, vbi rectè id fieri licet ꝑ Eccleſiæ facultates, vel ſaltē inter celebrādū & officia diuina. Signū eſt enim eius fidei, quā ad hoc Sacramētū oēs adferre oportet. Nā & in 21.
tabernaculo veteris legis arſerunt lucernę corā panibꝰ Propoſitiōis ex mādato domini, q cœleſtis panis huius figura tantū fuerūt & imago. Nūquid 22.
aūt non pluris æſtimāda eſt veritas,

Conc. Vormac. c. 5 Aurelian c. 4 Lateran. c. 20. Turonen. citat Renan. ex Burcar. de. cōſecr diſtinct. 2. Leo 9 Pōtif. ad Michaë. Conſtant. cōtra Græcorū errores.

Exod. 25.

22. quàm figura, & res, quàm vmbra?
In pſal. 98. Reſeruatam ſacram hoſtiam popu-
Seſſi. 13. c. 5 lus adoret. nam iuxta Diui Auguſti-
in Doctr. ni ſententiam, nemo ſumit niſi ado-
Amb. li. 3. de Spir. S. rauerit. Beluinum eſt enim, præſen-
ca 12 Iſi- tem Deum adorare nolle, quem car-
chi. li. 6. ca ne humana veſtitum, adorauerũt An
22. in Leui. geli, Magi, & Apoſtoli. Hoc verò ad
23. Chryſo. li. paſtorum curam pertinet, vt fideles
6. de ſacer. doceant, quid eos in templo, & in tan
Heb. 1. ti Sacramenti prǽſentia facere opor-
Matth. 2. Matth. 28. teat.

24. Illas autem Sacroſanctæ Euchari-
ſtiæ circumgeſtationes in ſolenni põ
pa, quod annuatim fieri conſueuit,
quàm fieri poterit auguſtiſſimè reli-
gioſiſſimeque peragi volumus & mã
25. damus. Celebratur enim triumphus
ille, quem Chriſtus de morte ſupera-
ta, de feris inferi confractis, de ſatana
conſtricto, retulit, nobis ad cœlũ iter
per crucem & mortem ſuam patefa-
ciens. Quare oſtendant palam fide-
26. les, quòd eos non modò non pudeat
crucis Chriſti, verùm etiam illius gra
tia exultent gaudio: quandoquidem
ea nobis tantorum beneficiorũ cau-
ſa,

ſa, quanta nulla vnquam mens hominis concipere, nedum lingua cuiuſquam, vel maximè ad dicendum inſtructi explicare queat. Rideant licèt impij (quæ ipſorum impudentia eſt) & ſannas quaſlibet adhibeant, nos de Chriſto pręſente, de triũphatore noſtro gaudere & exultare oportet. Cuius crucis & mortis, cuius etiã beneficiorum, quę mors nobis attulit maxima, fit in hac ſolemni circumgeſtatione memoria, & rebus ipſis expreſſa, rudiorum animis imprimitur. Vt quid non gauderemus autem? cùm ſponſum noſtrum præſentem habeamus, cuius præſentia magnam prębet nobis gaudiorũ materiam. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

Ad ſumendam Euchariſtiam, nemo niſi probatus accedat. Probandi autem hæc erit ratio, vt non modò fidem ad hoc ſacramentũ adferat quã oportet: verùm etiam purus ſit à peccatorum grauiorum præſertim ſordibus, mundata per Confeſſionem cõſcientia. Docebũt verò Parochi fideles ad hoc ſacramentum acceden- 1. Cor. 11. 27. 28.

28. tes,quid illud ſit,quod ſuſcipiũt: Cor pus nimirum,& ſanguis Domini.

29. Explicabunt fructum dignè ſumentium: contra verò,quanto ſe obſtringãt ſcelere, hi qui accedunt indignè.

30. Docebunt etiam,quomodo ſe gerere debeant,vt gratiam quam ſumptione tanti ſacramenti conſecuti ſunt, deinceps conſeruare, ſeq; tutos à pec-

31. catis præſtare queant. In ſuis verò concionibus populũ ſubinde admonebunt,vt ſacram communionẽ frequentent: nec ſe officio ſuo functos arbitrentur, ſi ad eam ſumendã

Iuxta Cõc. Lateran. cap.21.

in anno ſemel,qui pigrorum & ſeculo deditorum mos eſt,acceſſerint:ſed quoties experiũtur cruentatã eſſe nouo peccati vulnere ſuã ipſorũ animã: quoties donum ſpiritus in ſe deficere ſentiunt, toties ad medicum præſentem accurrant, & ſalutem ex hoc vberrimo fonte hauriant.

32. Sacram Euchariſtiam eo modo Parochi porrigant fidelibus, qui fuit iã inde ab eo tempore, quo hæc noſtra prouincia Chriſti fidẽ ſuſcepit, ſemper in Eccleſia obſeruatus,nunc verò

etiã

etiam eſt in Conc. Tridentino confir- Seſſi.12.c.1 & 3. doctr.
matus publico totius Eccleſię decre-
to. Nimirùm, vt panis ſpecie contē- 33.
ti, nihil ampliùs requirant: quando-
quidem in ea ſpecie verum ſacramē-
tum, & integrum Chriſtum, nec mi-
norem ſumant fructum, quàm ſi vte-
rentur vtraq;. Nec eſt cur angantur a- 34.
nimo, vel Chriſti inſtitutionem vio-
lari arbitrentur: Securos eos facit Ec-
cleſię auctoritas: quę cùm ſit fidelis
diſpenſatrix myſteriorū Dei, non au-
fert ſacramentū plebi, nec fructu ali-
quo priuat fideles, ſed rationē tātū v-
tēdi ſacramēto pſcribit, pro eo atq; il- Matt.18.
lis expidire videt: cuius mandato nō
parere, eſt Chriſtianum non eſſe.

Quoties ad ægrotum fertur Eu- 35.
chariſtia, comitetur ſacerdotē popu-
lus, tinnitu Campanulæ præmoni- Hono. III. De celebr. Miſſæ.
tus. Nec fiat ea geſtatio ſine cærei lu-
mine. Orent aūt omnes in ęgroti æ- 36.
dibus cōgregati, eumq; ſuis apud deū
precibus iuuēt, vt morbo depulſo, vi-
res priſtinas recuperet: vel, ſi Domi
no ſecus videatur, peccatorū nexu &
corporis mole ſolut⁹, vitā cōſequatur
ęternā

æternam. In eiuſmodi pietatis officijs bonum eſt inſtitui & exerceri fideles, vt ipſis proximorum ſalus cordi ſit.

TITVLVS III.
De Pœnitentia.

Heb.5. Gene.9. QVoniam non eſt homo, qui nõ peccet, omnes enim circumdati ſumus infirmitate: quin & ſenſus
Hiero.ſup. Danielẽ ex Tertull. & cogitationes noſtræ ad malũ pronæ ſunt ab adoleſcentia: confugiendum erit fidelibus ad Pœnitentiam, veluti ad ſecundam naufragij tabulam, vt eis peccatorum veniam conſequi, & amiſſam gratiam recuperare liceat.
1. Doceant Parochi, quid Pœnitentia ſit, quæ illius partes, & quomodo ſingulis vti oporteat, ſi verè cũ Deo in gratiam redire volumus. Nã
2. & dolorem adhibeat neceſſe eſt is, quẽ
Seſſi. 6. ca. 14. Doctri. admiſſi peccati pœnitet: & peccatum Confeſſione ſacerdoti detegat, & ſatisfactione digna expiet. Omnes autem eæ partes adeò colligatæ ſunt, vt ab inuicem vtiliter ſeiungi nequeãt.
4. Doctrinam verò de hoc ſacramento petãt

petant Parochi, vel ex Decretis Tridentinæ Synodi, vel ex Cathechiſmo Romano, vbi ea prolixè dilucideque traditur.

Curent diligenter, vt populus crebrò Pœnitentiæ Sacramento vtatur: vtque confiteantur omnes, qui per ætatem poſſunt, bis per Quadrageſimam, ſemel in illius initio, deinde verò cùm erit ad ſacram Synaxim accedendum. Interiectum autem tempus deputetur expiandis per Pœnitentiam vitijs; vt ita demùm purgati factique iam puriores, ſacra Euchariſtia cum fructu potiri queant. 5.

Cùm autem non eadem ſit omnium peccatorum ratio, ſed alia ſint eius generis, quæ iudicium acriùs deſiderant, cuiuſmodi ſunt homicidia, infantum preſſuræ, excommunicationes, hæreſes, & reliqua his ſimilia, in quibus Epiſcopo tantùm reſeruatur abſolutio, niſi fortè is facultate à S. D. Noſtro impetrata, vices ſuas alijs mandauerit: in talibus criminibus Parochos oculatos eſſe oportet, vt videant quid ligare, quid ſoluere 6.

7.

debeant, ne forte abutantur quod abſit ſuo munere, néue errent in clauium vſu, & eos decipiant, quibus abſo
8. lutionis beneficium impartiũt. Nam
Ezec. 13. ſempiternum væ Propheta his denũtiat, qui mori faciũt animas, q̃ nõ moriuntur, & viuificãt, quæ non viuũt.
9 Cęterùm caueant modis omnibus, ne abſoluant ſibi non ſubiectos, & in quos nullam ordinariam vel
10. delegatam poteſtatem habent. Quare ex aliena Parochia venientes, ad Confeſſionem non admittant, niſi de Parochorum quibus ſubſunt, licentia, caſu neceſſitatis ſemper exce-
11. pto. Inter confitendũ verò examinent populum, num Orationem Dominicam, Salutationem Angelicã, Symbolum Apoſtolicũ, & Decalogũ memoria teneant, & vtcunq; tamen intelligant, nũ ſciant quid promiſerint in baptiſmo, quis ſit Cõfeſſionis fructus, q̃d in Euchariſtia p̃cipiãt, & alia eius generis ad ſalutẽ cognitu ne-
12. ceſſaria. Si q̃ fuerint ignorãtes, doceãtur: & quod neſciũt, iubeãtur ad certũ aliquod & p̃ſcriptũ tẽpus ediſcere: niſi à cõmunione velint repelli.

Volumus aũt, vt Parochi per Aduentum & Quadrageſimam, crebros de Pœnitentia ſermones faciant, & populũ doceant, quid ea ſit, & quàm neceſſaria: tum quomodo fieri debeat, & quis ex illa fructus ad pœnitentes redũdet. Multos enim tanta ſacramẽti huius ignoratione teneri videmus, vt propterea Confeſſionem crucem importabilem eſſe putent, ad quam etiam non niſi coacti accedũt. Quidam aũt ſic ſunt affecti, vt quod confitentur, conſuetudini magis, quàm vtilitati tribuant: quo fit, vt nec rectè confiteantur, nec fructum inde referant, quem debent. 13. 14. 15.

TITVLVS IIII.

De extrema Vnctione.

SAcramentũ verò extremę vnctionis, illis ęgrotis impartiant, qui tam periculosè decũbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur, & quorum iam eſt quaſi deplorata valetudo. In quo impartiẽdo itidẽ vt in reliqs ſacramentis adminiſtrãdis, q̃ fieri poterit religioſiſſimè ſe gerãt Parochi: nec eorũ rituũ qcq̃ ptermittãt, q ſunt

Vide. Cõc. Florẽt. ca. de Sacram.

Seſſi 14. c. 1. 2 3.

ſunt in libris Agendarum perſcripti.
1. Sint etiam diligẽtes in ægroto admonendo, non ad peccatorum tantùm deteſtationem, verùm & ad vitæ pręſentis faſtidium, vt illius miſeria ob oculos poſita, infirmorum animos ad rerum cœleſtium deſiderium erigant.
2. Doceant eos mortem contemnere, quæ nõ eſt aliud, quàm ianua, per quam itur ad vitam, & fit
3. ad cœleſtem patriam ingreſſus. Proponant illud perquàm elegans adoleſcentis exemplum, à Diuo Cypriano allatum, cui morituro auguſta ſpecie iuuenis aſſiſtens, Pati, *inquit*, timetis: exire non vultis, quid faciam vobis? Quo dicto arguebat trepidationem decumbentis, qui nec viuens pericula pro Chriſto conſtanter ſuſtineret, nec mortem fortiter ferret.
4. Erit autem hic præcipuus diuinæ miſericordiæ exaggerãdæ locus, vt ea confirmati lecto decumbentes, non deſperent ob peccatorum multitudinem, ſed ſpe ſua tota in Deum reiecta, confidant omnia peccata ſibi remiſſa iri, quamlibet multa, quamlibet

De mortalitate.

libet magna & enormia. Eſt enim infinitus illius miſericordię abyſſus, nec eſſe poteſt vllum Dei opus tantum, quod cum ea conferri, vel eam exęquare vllo modo queat, vt verè dicatur illud: Miſericordię Domini ſuper omnia opera eius. 5.

6. Frustū Eucharistię in extremis vide apud Chryſ. lib. 6 de ſacerdot.

Neque putent Parochi, ſe ſatis functos officio ſuo, ſi ęgrotis Euchariſtię & extremę Vnctionis Sacramenta impenderint: ſed adſint præterea morientibus, eoſque pijs precibus & ſanctis admonitionibus iuuēt, vt, quod eis ſupereſt vitæ, poſſint in vera & Catholica fide, Deo ſuam gratiam inſpirante abſoluere. Tunc enim eorum opera maximè opus habent, cùm lucta grauiſſima incumbit morituris, cùm Sathan terret, peccata vrgent, accuſat conſcientia, & ceſſant reliqua vitæ huius miſeræ præſidia. Quare mandamus, vt hac etiam parte, ſuum in ſe munus Parochi ne ſinant requiri. 7.

8. Sunt, quibus falsò perſuaſum eſt, non poſſe ex morbo eos conualeſcere, quicunque hoc Sacramentū perh cepiſ-

ceпiſſent,eoque fit, vt non pauci ab ea abhorreant, nec id miniſtrari ſibi cupiant. Quam ſtultam perſuaſionem curabunt Parochi ex animis fidelium euellendam: cùm certum id ſit, Deum nō animæ tantum, verùm & corpori ſi expedierit, virtute huius Sacramenti ſalutem conferre. Et Iacobus apertis verbis pronunciat: Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus.

Cap. 5.

TITVLVS V.
DE MATRIMONIO
& eius forma.

Mat. 19. Ioan. 2. 1. Timo. 4. 1. Cor. 7. Ge. 2. Eph. 5. Cōc. Flor. in cap. de ſacram. Seſſi. 24. c. 1. Reform. I.

MAtrimonium non minùs religioſè, quàm reliqua Sacramēta adminiſtrabunt Parochi: de quo nihil eſt neceſſe agere nos pluribus, cùm illius adminiſtrandi rationem Concilium Tridentinum, agens de clandeſtinis matrimonijs, eaq; irritans, perſequatur his verbis: Tametſi dubitandū non eſt, clandeſtina matrimonia, libero contrahentiū cōſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quàmdiu Eccleſia ea irrita nō fecit: & proinde iure dānandi ſint illi (vt eos

Sancta

Sancta Synodus anathemate dãnat) qui ea vera,ac rata eſſe negãt:quiq; falsò affirmãt,matrimonia à filijsfamiliàs ſine cõſenſu parentũ cõtracta,irrita eſſe,& parẽtes ea rata vel irrita facere poſſe: nihilominùs ſancta dei Ecclesia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt,atq; prohibuit. Verùm 2.
cũ Sãcta Synodus animaduertat prohibitiones illas propter hominũ inobediẽtiã iã non prodeſſe,&grauia pec cata perpendat,quę ex eiſdẽ clandeſtinis coniugijs ortũ habent,præſertim verò eorum, qui in ſtatu dãnationis permanent,dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palàm contrahunt, &cum ea in perpetuo adulterio viuũt. Cui ma- 3.
lo cùm ab Eccleſia , quę de occultis nõ iudicat,ſuccurri non poſſit,niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur: Idcirco ſacri Lateranenſ.Conci 4.
lij, ſub Innocentio III. celebrati,veſtigijs inhærendo pręcipit, vt in poſterum , ante quàm matrimonium contrahatur ,ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis

diebus feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolennia publicè denuncietur, inter quos matrimonium ſit con
5. trahendum: Quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ
6. procedatur. Vbi Parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat: Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiuſque prouinciæ
7. ritum. Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimoniū malitiosè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes: tunc vel vna tantùm denunciatio fiat, vel ſaltem Parocho, & duobus vel tribus teſtib⁹ preſentibus matrimonium celebre-
8. tur. Deinde ante illius conſumationem denunciationes in Eccleſia fiant; vt, ſi aliqua ſubſunt impedimenta, faciliùs detegantur: niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittātur: quod illius

illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit. Qui aliter, quàm 9.
pręſente Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi ſeu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt: eos ſancta Synodus ad ſic contrahendũ omninò inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos pręſenti decre
to irritos facit & annullat. Inſuper 10.
Parochum, vel alium ſacerdotẽ, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, q ſine Parocho vel Sacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, nec non ipſos contrahentes grauiter arbi
trio Ordinarij puniri pręcipit. Præ- 11.
terea eadẽ ſancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiẽdam, in eadem domo non cohabitent: ſtatuitque benedictionem à proprio Parocho fieri: neq; à quoquam, niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prędictam benedictionem faciendam alij ſacerdoti cõcedi poſſe: quacunque conſuetudine, etiam im-

memorabili, quę potiùs corruptela dicenda eſt, vel priuilegio non obſtā-
12 te. Quod ſi quis Parochus, vel alius ſacerdos, ſiue regularis, ſiue ſecularis ſit, etiā ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere cōtendat, alterius Parochiæ, ſine illorū Parochi licentia matrimonio cōiungere, aut benedicere auſus fuerit: ipſo iure tādiu ſuſpenſus maneat, quàmdiu ab ordinario eius Parochi, q̄ matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſolua-
13 tur. Habeat Parochus librū, in quo coniugū & teſtium nomina, diemq́; & locū contracti matrimonij deſcribāt, quem diligenter apud ſe cuſtodi-
14. at. Poſtremò Sancta Synodus coniuges hortatur, ne antè quàm cōtrahāt, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſumationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum piè acce-
15. dant. Si quæ prouinciæ alijs, vltra prædictas, laudabilibus cōſuetudinibus, & cęremonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſancta Synodus
vehe-

vehementer optat. Ne verò hæc tam 16
ſalubria præcepta quenquam lateant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt, cùm primùm poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari in ſingulis ſuarum Diœceſum Parochialibus Eccleſijs: idque in primo anno quàm ſępiſſimè fiat, deinde verò quoties expedire viderint.
Decernit inſuper, vt huiuſmodi de- 17
cretum in vnaquaque Parochia, ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis, in eadem Parochia factę, numerandos. Hactenus Concilium.

Itaq; prouidebunt Parochi, vt Con 18
cilij præſcripto per omnia ſatis fiat.
Ante quàm aũt cõiungent matrimo 19.
nium contracturos, admonebunt eos de vi, effectu, & fructu Sacramenti huius: tum & officia ſponſi & ſponſæ ex ſacris literis & Romano Catheciſmo petita, explicabunt, vt ſciat vir quid vxori: item & vxor, quid viro ſuo debeat: & quã alter alteri fidẽ præſtare teneatur. Nec tacebunt de 20.

Eph. 5. illa mirabili Chriſti & Eccleſię con-
Colo. 3. iunctione, quam deſignat viri & vxo
21. ris mutua coniunctio. Cuius ſi me-
minerint ſemper coniuges, futu-
rum eſt, vt caſtè vtantur matrimo-
nio, & ab eorum exemplis abhorre-
Pſalm. 31. ant, qui ſic affecti ad hoc ſacramentū
accedūt, equi vt potiùs vel muli, qui-
22 bus non eſt intellectus, quàm homi-
nes eſſe videantur. Qua in parte v-
tile fuerit, hiſtoriam Tobię propone-
Seſſ. 24. re, vt illius exemplo diſcat populus
ca. 7. matrimonia religiosè contrahere.
23. Caueant autem, ne ignotos, vel ex
alia Parochia venientes, iungant ma
24 trimonio: Itidem vagos, & eos qui
nullam certam habent ſedem, niſi
priùs diligentem inquiſitionem fece
rint, & re ad ordinarium relata, ab eo
licentiam id faciendi obtinuerint.
25 Animaduerſum eſt enim, quoſdam
prioris coniugij pertæſos, commuta-
to loco, ad ſecundas nuptias conuo-
26 lâſſe. Morem autem illum, quo ſpō
ſus poſt initum matrimonium, ſolet
pulſari pugnis aſtantium, prorſus ab-
oleri mandamus: itidem & alia ludi-

cra

cra & ridicula, ſi quæ in Eccleſias Diœceſis noſtræ lenitate populi, aut Parochorum negligentia vel inſcitia irrepſerunt.

In vitandis conſanguinitatis & affinitatis gradibus, qui vel impediũt vel diſtrahunt matrimonium, Decretum Concilij Tridentini ſeruari volumus. 27
Quæ tamen impedimẽta patefaciet proculdubio terna denunciatio, quam ſacrum Concilium ſeruari præcipit, & nos itidem à Parochis noſtris vbique diligenter obſeruari mandamus, ne quis ignorantiã, quæ periculoſa eſt in hac parte, prætendere queat. 28. Seſſi. 24. c. 2. 3. 4. & ſequent.
Si quos, ex vulgo præſertim, Parochi rudiores eſſe viderint: non priùs eos matrimonio copulent, quàm Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum & Decalogum didicerint. 29

Licet quidem quotieſcunque collibuerit matrimonium contrahere, tamen ſolennitas illa, cui pompa eſt adiuncta, certis temporibus, quibus Eccleſia, præcipuè peculiaribus Chriſti beneficijs recolendis vacat, lege Ca- 30. Vbi ſupra cap. 10.

nonica prohibetur. Nimirùm à prima Dominica Aduentus, vſque ad feſtũ Epipha. incluſiuè: & à feria quarta cinerũ, ad octauam paſchę incluſiuè.
31. Placet autem probatam longo vſu Diœceſis noſtrę conſuetudinẽ retineri; qua cauetur, vt non modò in tẽporib⁹ ſuperiùs allatis abſtineatur à matrimoniorum ſolennitate, verùmetiam vt extẽdatur ea prohibitio paulò latiùs, & à dominica Rogationũ ad feſtũ ſanctiſſimę Trinitatis incluſiuè, nullæ nuptiæ celebrẽtur ſolẽni ritu.
32. Et ſi aũt pręcipuè curare debẽt Parochi ea, quæ ad p̃dicandũ dei verbũ, tũ ad ſacramentorũ adminiſtrationẽ, & obſeruandũ Eccleſiæ ritũ p̃tinẽt, non tamen hîc eorũ cura conſiſtat, ſed eã ad res etiã temporales Parochiæ ſuæ conuertant, ne quid ex eorum negligentia, quod abſit, Eccleſia detrimẽti capiat. Quare, cùm poſſeſſionẽ Paro-
33. chiarũ ſuarũ adierint, primùm omnium, inuentaria rerum Eccleſiæ conficiant, eorumq́ue alterum exemplũ retineant ipſi, alterũ Vitricis & Prouiſoribus Eccleſię dent ſeruandũ: idq́ue

eo

eo cõſilio faciãt, ne quid cedente vel decedente Parocho, ad Eccleſiã dãni redundet. Quòd ſi quid inuentario defuerit, tãta fiat ex Parochi bonis di minutio, quanta illi damno ſarcien- 34.
do ſuffecerit. Volumus etiã, vt Paro chi decedentes, auctius inuentarium facere, Eccleſiæque meliorem conditionem reddere teneantur. 35

Quod ſi vel parentes in ſuo conuictu, vel alios propinquos habuerint, curent ſtatim in ipſo eorũ ingreſſu, inuentariũ de bonis per ipſos allatis fieri, teſtib⁹ præſẽtibus, ne fortè; quod fit non raró, cum Eccleſiæ bonis ipſo rũ bona miſceantur, & alterutra pars rerum ſuarum iacturã faciat. Alioq; defuncto Parocho, nullũ repetendi ſua ius propinqs eſſe volumus. Fami 36
liæ quoq; annuam mercedem perſol uant, nec eã in tẽpus longiùs protrahãt: quaſi velint eis teſtamẽtis à ſe cõ dẽdis eſſe proſpectũ: id enim nullo modo nobis ferendum arbitramur: nec expedit mercedẽ cuiuſquã retardari, cũ & ſcriptura dicat: Opus merce Tob. 4.
narij nõ maneat apud te in craſtinũ: Iac. 5.

Et

Iacob. 5. Et ſit hoc vnum ex peccatis illis, quæ vindictam à Deo poſtulant.

37. Illud pręterea diligenter obſeruent, ne cui ex ira, odio, vel ob negata iura Parochię, aut reditus interuerſos vel impeditos, ſacramenta negent, ſed illis miniſtratis, iuris ſui apud legitimum iudicem perſequendi poteſtatem habeant.

38 Nundinationes præ templorum

Vide 6. Cōcil. gener. Cōſtāuno pol. ca. 76. foribus, vel in Cœmiterijs, fieri non permittant, nec in tabernis quicquā vendi ſub officijs diuinis. Solet enim populus his rebus occupatus, à pietate Deique cultu abſtrahi, & ad res vanas conuerti: magno cum priuato periculo, & publico multorum ſcā-

39. dalo. Archipresbyteri ſiuè Decani rurales, curent bis per annum conuocari ſuos comparochos, & eorum doctrinam ac vitam examinent. Di-

40. ſpiciantq; num ſint verè Parochi, num inſtitutionis Canonicæ teſtimoniū ſiue inueſtituram habeant: num rectè fungantur ſuo munere. Si quid

41 perperàm fit in eorū Eccleſijs, & ſi qua emendatione opus eſt, ad nos referant

rant, aut Vicarium noſtrum. Sic enim faciliùs neceſſitatibus Eccleſiarum noſtrarum prouidere nobis licebit, ſi ab his fuerimus adiuti, qui ſunt per nos in partem curæ noſtrę ſollicitudinisque vocati.

TITVLVS VI.

DE SACRO CHRISMATE ET AQUÆ, aliarumque rerum Eccleſiaſtica benedictione.

D.Dion.li. 1 Hiera.Eccleſi.ca. 5. D.Fab ep. 2. ad Oriē. Epiſco. D.Leo. epiſt 88. D ſi.aB. 27 ca.ad Amphil. Cyril. 2. Cathec. D. Clem Rom.li. 7. ord.apoſt. Conc. Carthag. ſecū. c. 2. & tert. cap. 36. & quartum cap. 26. I. Cōc.Vaſenū cap. 1. quart Cartha. ca. 36.

SAcrum Chriſma, iuxta receptum Eccleſiæ Catholicæ morem, vel per nos, vel per ſuffraganeum noſtrū, quotannis in Eccleſia noſtra Cathedrali, ſiue alia quapiam, arbitrio noſtro deligenda, confici curabimus: quod petent omnes Archipresbyteri vel rurales Decani: ab his verò alij Eccleſiarum Parochi: pro quo, pecuniam Capellanos noſtros, vel Suffraganeum noſtrum poſtulare, omninò prohibemus. Neque Parochi ab Eccleſijs ſuis hoc nomine quicquam, prȩter ſumptum itineris, exigere audeant. Curent autem, vt id decenter

per

2. per ſacerdotes ad ipſorum Eccleſias, perferatur: nec vtantur in eo perferẽdo profanorũ hominũ miniſterio.

3. Vbi nouũ Chriſma conſecratũ fuerit, vſum veteris Chriſmatis prohibemus, quod mandamus etiã exuri, & corraſos cineres ſub altari condi, vel in oſſoriũ inijci: nam eos viliter abiectos, pedibus cõculcari fas nõ eſt.

4 In aqua benedicenda, in fructibus,

De cõſec. diſtin. 3. Syn. Hanctenſ. ca. 5. Theod. l. 5 Eccl. hiſt. cap. 21. Ephi. hęre. 30. contra Ebionem.

frondibus, vel palmulis, herbis, cæreis, cineribus, & Paſchalibus edulijs: mandamus, vt Parochi noſtri ab Agẽdarũ pręſcripto nõ diſcedant, nec vllas preces in eiuſmodi adhiberi conſuetas pretermittere audeãt. Sed cùm ea benedixerint ritu ſolenni, admoneãt populũ, ne illis abutatur ad pręſtigias, ad carmina ſiue incantatiões,

5 vel ad veneficia: ſed vel modo legitimo illis vtatur ac fruatur, vel pro memoria eius rei cõſeruet, quam ſignificãt.

6 Eſt enim periucundũ ſpectaculũ, quãdo populus aqua capiti inſperſa, venit in memoriam eius fidei, qua ſe Chriſto in baptiſmo virginẽ caſtã dicauit, vel quãdo cæreos accẽſos, quod eſt

eſt fidei ſignũ, geſtat manib. nõ ſec⁹, q̃ Simeõ ille ſenex olim Chriſtũ lumẽ ęternũ, in vlnis geſtauerat: vel quãdo cũ palmis & frõdibus, memoriã ſolẽnis illius Chriſti Hieroſolymã ingreſſus facimus, recepto Hebręorũ more, q. ramos & frõdes in ſignũ lętitię publicæ, feſtis diebus, manib⁹ geſtaſſe memorãtur: vel cũ poſt trãsactũ quadrageſimale ieiuniũ, nouã vitam ingreſſi, nouis cibis, p dei verbũ & orationẽ ſanctificatis, veſcimur: vel cũ inſignũ humilitatis & pœnitẽtiæ, caput cinere cõſperſi, nõ aliud eſſe nos profitemur, q̃ puluerẽ & cinerẽ, nõ ita multò poſt, in ſimilẽ cinerẽ cõuertendos. Eiuſmodi cęremonias æquũ eſt retinere in Eccleſia, quibus etiã rudiores plurimũ iuuantur, ſi pręſertim, quid ſibi velint, & quid ſignificẽt, intelligãt. Quod vt fiat, curabũt Parochi.

1. Macha. 13 & 2. Machab. 10.

1. Tim. 4.

7.

In Cõc. Aurelian ſub Horniſ. Papa. ca. 29.

Theo. lect. in hiſt. l. 1.

Greg. Maxi. li. 2. epiſto. in prohem. & li. 9 c. 45. ad epiſco. Sicil.

Quoties ſupplicationes ſolennes inducuntur, vel feriales habẽtur, moneãtur fideles, vt illis frequentes interſint, & ad Deum cõfugiant, eumque pijs precibus fatigent, vt & imminentia mala propulſet, & bona, quæ

In Cõc. Gerũdẽſ ca. 3

Alcim. Auitus de prima inſtit. feſti Roga.

quæ petimus nobis concedat. Non enim ſolet ille multitudini & vnanimitati precãtium poſtulanti negare, quæ illi profutura eſſe non ignorat.

9 Sicubi Cœmiteria execrata, vel nõdum conſecrata fuerint, Proceſſiões ibi haberi prohibemus, donec p nos vel Suffraganeũ noſtrũ recõciliẽtur,
10. vel denuò cõſecrẽtur. Morẽ aũt illũ maximè improbãdũ, quo villani cũ ſigno Chriſti crucifixi vel reſurgẽtis, cãpos & ſegetes in ferijs paſchalibus, poti oberrant, tanquã Floralia & Ambarualia celebrantes, prorſus aboleri
11. mãdamus. Quare prouideãt Parochi, ne quid huiuſmodi admittant populares ipſorũ. Nã, præterq̃, quòd res eſt nomine Chriſtiano indigna, eũ morẽ ſeruari à pijs, q ab impijs gentib⁹ originẽ traxit, & Paganiſmũ etiãnũ ſapere videtur, etiã grauib⁹ cõtẽtionib. quin & cędibus nõnunq̃ vicinorũ occaſionẽ dare ſolet: quo fit, vt illũ magis etiam abrogandũ, & ex hominum memoria extirpandũ eſſe cẽſeamus. Quod mandatũ noſtrum à Parochis vbiq; accuratè ſeruari volumus.

CONSTI-

CONSTITVTIONVM VVLADISLAVIENS. PARTIS III.

TITVLVS I.

DE VITA ET HONESTATE Clericorum.

CLerici tanq̃ in ſortẽ Domini vocati, & interno mẽtis affectu, & ſignis etiam exterioribus, promittant pietatem, ſeruẽt animum à vitijs purum: literarum ſcientia pectus imbuant; geſtu et inceſſu graues ſint; vt argumento eſſe queãt, quòd mentem pacatam & perturbationibus vacuam gerant: veſtitu quoque decenti, & ad ſtatum cuiuſque accommodato vtantur; Nihil ſectum, nihil acu pictum, nihil elaboratum ad corporis cultum exteriorem adhibeant: Niteant potiùs, quàm ſplendeant, abſint ſordes, adſit munditics. Tonſuram ferre non prætemittant, quã nonnulli Chriſti

Seſſ.14.c.6

1.

coronam ſpineam ſignificare exiſti-
Germ.Cō- mant. Alij verò, quia Petrum & Io-
ſtātinop. annem Apoſtolos, raſo capillitio à
de rebus Gentibus deriſos fuiſſe cōmemorāt,
Eccleſi. Cōci.Tole ideò putant morem ex eo tractum, vt
ta. quartū vniuerſo Clero cedat honôri, quod
cap.40.Di pro Chriſto Apoſtolis eius, contume
oni.In Ec- lię loco fuerat irrogatū. Nec impro-
cle.Hiera. bandi ſunt & illi, qui, cùm pars hæc
Turon. li. ſuperior capitis raſorio purgatur,
4.hiſt.Au- ſignificari voluerunt, prauas &
guſt.de o- abditas cogitationes, ex animis no-
pere Mona ſtris fortiter eſſe reſecandas. vtcun-
cho.& in que tandem res habet, bonū eſt minu
Retract. tas etiā in ſpeciem cæremonias non
Eccle.19. negligere. Accidit enim non rarò, vt
qui modica ſpernit, paulatim deci-
3. dat. Quod ſi quem ex Sacerdotibus
Seſſ.23.c.6 vel Clericis, noſtrū hoc mandatum
tranſgredi cognouerimus, in eum
pœnas, Decreto Synodi Tridentinæ
ſtatutas, extendi curabimus.

4. Domi verò ſic viuant, vt omni
tempore ad tremendum illud Miſſæ
ſacrificiū peragendum ſint parati, vt-
que preces eorum quas fundunt pro
plebe, in conſpectum DEI aſcen-
dant.

dant, & ſint ad impetrandum id 5
quod petunt, efficaces. Ebrietatem
veluti vaſtum quoddam vitiorum
omnium pelagus, ſummo ſtudio fu- Luc. 21.
giant, qua ſi grauati & obruti fue-
rint, non multum ſanè à brutis &
pecudibus videbuntur abeſſe.

Mulieres aſciticias vel ſubintrodu- 6.
ctas, tanquam anathema de medio Nicæ.Syn. ca.3. Aucy
ſui abijciant, nec vllas in ſuum cõui- rana.ca. 19
ctum admittant, niſi ætate prouectas, 6.Syn.ca.5
vel genere propinquas, iuxta Cano- 2.Nicæ.ca. 18. Gerũd.
num præſcripta, in quas nulla cadere ca.7.Braca
poſſit ſuſpicio. Sacerdotem enim, & ren.1.c 15.
crimine & ſuſpicione criminis vaca- Euſe. li. 7. Eccl hiſto.
re oportet. Meminerint ſe eſſe Deo ſa- ca. 26. de
cratos, non eſſe ſuos, nec iuris ſui, ſed Samoſat.
eius, cui ſe totos deditione ſpõtanea Niceph. li. 6 c.30.hiſt.
mancipârunt. Sumẽtes erga membra
Chriſti, facient ea membra ſcorti?
abſit. Terreantur illa PAVLI vo-
ce: Qui adhæret meretrici, vnum 1. Cor. 6.
cum ea corpus efficitur. Quod ſi quẽ 7.
ex Sacerdotibus Diœceſis noſtræ,
hoc turpi crimine deinceps teneri
cognouerimus, is certò ſciat, ſe pœ-
nã experturum eſſe, quam aduerſus

Seſſi.25.c. 14 refor. gene. eiuſmodi ſacerdotes flagitioſos, Con
cilium Tridentinum præſcripſit. Nō
ſine cauſa monet vel mandat potiùs
1.Cor. 5. Apoſtolus: Auferte malum ex vobis.
Eſt enim periculum, ne aliorum exē-
plum noceat alijs; néue modicum
fermentum totam maſſam corrum-
8. pat. Quam ob rem, quoties tentan-
Iaco. 1. tur à concupiſcentia ſua abſtracti, &
illecti, quoties eos titillat peccatum,
& inſtat inimicus, quærens vt deuo-
ret, ſemꝑ vocis illius ꝑclarę meminе-
rint, quā vſurpare nos iubet Chryſo-
Homil.21. ad populū Antioc. ſtomus: Abrenuntio tibi Satana, &
adhæreo tibi Chriſte: eaque vtan-
tur in tentationibus ſuis omnibus.
Ephe.6. Sic enim futurum eſt, vt faciliùs per
Iaco. 4. Dei gratiā ignea Sathanę tela extin-
guant, & cùm Diabolo reſtiterint, fu-
giat ab eis. Nam verè fatetur quidam
Ambro. ex patribus: Nos cúm vitijs mortuis
habere conflictum, quibus diligen-
Hieron. de virginit. ter prouidenda eſt ſepultura, ne ad vi
tam priſtinam redeant. Pudeat itaque
Chriſtianum, in domino viuentem,
rem mortuā vincere non poſſe. Salua
tor noſter oppreſſit Satanam, eumq́;
contri-

contritum tradidit conculcandum diſcipulis. Quare noſtrum eſt calcare oppreſſum hunc Draconem, nec pati, vt caput efferat, vel corpus attollat. Nam & Propheta formatum eſſe dicit, ad illudendum ei. et Paulus cōſtanter pollicetur: Deus conteret Sathanā ſub pedibus veſtris velociter. Quin & Moyſes, peccatum in foribus noſtris eſſe dicit, cui niſi aperiamus, ad nos intrare non poterit. Hęc omnia eò pertinent deniq;, vt ſciant omnes, DEI ſeruis nihil eorum eſſe impoſſibile, quę mandātur à nobis, cùm ſint in ipſis nobis voluntateque noſtra poſita. Nunquam enim deeſt gratia & præueniens & ſubſequens, qua adiuti, nihil non in domino rectè poſſumus.

9

Pſalm. 103.
Rom. 6.
Gene. 4.

10.

11. Ludum taxillorum, chartarum, aleę, talorum, ac teſſerarum, arma, venatum, tabernas, mercaturam, & omnes auaritiæ ſordes, Diœceſis noſtræ Clero prohibemus. Honeſtis tamen recreationibus, quas iura permittunt, quo minùs vtantur non impedimus, modò abſit in ludo, pecu-

12 nię vel turpis alterius rei cuiuſcunq; pactio. Caueant Parochi & alij ſacerdotes,ne vnquam eodem carpēto vehantur,cum quibúſcunque tandem ſiue domeſticis, ſiue externis mulieribus,nec eas ad mercatū vel encænia Eccleſiarum ſecum adducant. nam prȩterquàm quod res eſt eorum perſonis indigna,& quaſi certū pollutæ mentis incontinentiæq; teſtimoniū etiam turpe eſt paſſim, rideri ſacerdotem à populo,ob vitæ flagitium: maximè verò periculoſum, exēplo ſuo nocere proximo.Et enim: Væ homini illi,per quem ſcandalum venit.

Vſurȩ vitiū in vtroq; ordine,ſpiritalium & ſecularium latiſſimè patet,eſtq; adeò peruulgatum,vt iā propè omnem vitij naturam eorum iudicio exuiſſe videatur. Itaque dent operam omnes Clerici,vt ab eo abſint quàm longiſſimè. Quin doceant etiam alios, vſuram eſſe, quicquid prȩter ſortem prouenit,& auaros Regnum Dei poſſidere non poſſe. Adferant & illud euangelicum, ſȩpeque inculcent auditorum animis: Mutu-

Matth. 18. Pſalm. 14. & 54. Ezec. 18. Deut. 23. Hier. ſuper Ezec. 18. ca. Nicæ. Cōc ca. 7. vide Ruffi, li. 1. hiſt. Eccle Ambr. de bono mortis & cauſa 14. quȩſt. 4 Si quis. Ephe. 5. Luc. 6. Matt. 5.

Mutuum date, nihil inde ſperantes. Nam rapącitatis genus eſt, cùm pecuniam mutuam dederis, velle ex ea lucrum facere, & augere tuas res incō-modo alieno. Quod tetrum immaneque ſcelus, ne gentiles quidem impij ferendum eſſe putauerunt. Cic. lib. 2. de officijs. Amb. in li. de bono mortis.

TITVLVS II.
De Officio Confeſſarij.

CONfeſſario magnum incumbit onus purgandi ſacramento pœnitentię animas confitentium. Quā-obrem cùm iudicis & medici perſonam ſuſtineat, grauitatem benignitate temperatam habeat neceſſe eſt, nec ſit eorum rudis, quę ad iudicium faciendum, & ad morbos fugandos pertinent, vt inter peccatum, & non peccatum: inter lepram & non lepram: inter veniale & mortale: commiſſum & omiſſum, diſcrimen faciat: vtque ſic ægro condoleat, quò poſſit magis indulgens pater, quàm ſeuerus iudex videri. Qua in re commendatur pręcipuè diui AMBROSII 1.

clementia, quem tradunt erga confitentes ſic affici ſolitum fuiſſe, vt eorum peccata veluti propria defleuerit, exemploque ſuo, ad agendã pro delictis pœnitentiam, eos incenderit.
2.Cor.11. Quis infirmatur, Apoſtolus inquit, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?
2. Quam ob rem, ea ſint mente præditi Confeſſarij noſtri, vt condolere poſſint his qui ignorant & errant, eorumq; languoribus, qui ſiue fragilitate humana,
Heb. 5. ſiue alio quocunque tandem modo deliquerunt, præſentem opem adferre Quam ad rem, prudentia, bonitateque opus eſt.
3. In primis verò Cõfeſſarium poteſtate præditum eſſe oportet, ſiue ordinaria, ſiue delegata: qua ſi fuerit deſtitutus, nihil aget, fruſtraque laborem capiet.
4 Adhibeat autem & ſcientiam, vt, cùm opus eſt, caſus incidentes prudenter expendere, nodoſque conſcientiarum recto iudicio diſſoluere queat.
5. Porrò in ea re, ſacrarũ literarũ, iuris Canonici, & Statutorum Synodaliũ cognitio potiſſimùm locum habet.

Etiam

Etiam atque etiam videat, qualem 6.
conſitentes contritionem, ſiue attritionem adferant; tum quale ſit peccatum quod Confeſſione exponitur, quibus ſepiatur circumſtantijs, & an eæ mutent ſpeciem peccati: Num habeat excommunicationem annexã, & reliquas cenſuras Eccleſiaſticas: qui ſint Caſus Pontifici Maximo & ordinario reſeruati; an ſit reſtitutioni locus, an ſit integra Confeſſio, & quibus caſibus repeti debeat. Sciat pro ſtatu cuiuſq; perſonæ accommodandum eſſe Confeſſionis modum, vt aliter eorum qui ſunt liberi, aliter qui matrimonio iuncti, aliter Laicorũ, aliter Clericorum exploretur conſcientia. De his enim peculiariter quiſque erit quærendus, in quibus verſatur ipſius officij ratio.

Vide hac'd re inſtruct in Syno. 6 gener. C ſtātin. cap 202. & Sy no. Vor mac. ca. 7

Propter Sacerdotes verò confiten 7.
tes, neceſſarium videtur, vt Confeſſarius Caſus nouerit, ex quibus contrahitur irregularitas, vel vt ſaltem in his dubitare ſciat, quo poſſit vti peritiorum conſilio.

Hæc omnia quę diximus peti poſ-

ſunt ex D. Thoma vel alijs, pręſertim verò Caietani Sũmula in verbo Confeſſarius. Multa quoque eius generis extant in Summis Antonini, Piſani, Syluestri, Angeli, & reliquorum. Sed nobis directorium Reuerendiſſimi Patris Polanci Societatis IESV, & ob ipſius breuitatem, & ob argumenti ſeriem ac perſpicuitatẽ, pręcipuè probatur: quod omnibus Confeſſarijs & Parochis Diœceſis noſtrę quàm cõmẽdatiſſimũ eſſe volumus: vt eo, tanquã certa quadã regula vtantur, in perſcrutandis hominum conſcientijs: erit enim illis multarũ ſummarum inſtar.

8. Neq; verò ſic exiſtiment Cõfeſſarij, ad eorũ mun' ritè obeũdũ, ſummã illã et exquiſitã ſciẽtiã requiri, ſed ſatis eſſe ſciant, ſi ea ſufficiens fuerit, etſi coniunctam habeat prudentiam.

9. Neque tamen hoc propterea dictũ eſſe volumus, vt hi ſuum in perdiſcendis conſcientiæ caſibus, & libro pœnitentiali diligenter verſando, ſtudium remittant, ſed ne animum abijciant, & pondere huius mu

neris

neris terreantur. Videant autem vt pro peccatis occultis, ſecretam: pro manifeſtis verò, publicam pœnitentiam confitentibus iniungant, vt ſi quos exemplo ſuo ad malos mores prouocârunt, eoſdem emendationis ſuę teſtimonio ad rectam reuocent vitã. Nobis tamen licebit, ſi res poſcere videbitur, mutare genus hoc publicæ pœnitẽtiæ, in aliud quoduis ſecretũ, iuxta ſacri Cõc. Tridẽt. decretum. 10. Seſſ. 24. ca. 8.

Fœneratorũ, & qui contractib⁹ iniquis operã dant, peculiarẽ noſtri Confeſſorij curãgerant, eorumq́; cõſcientias verbo Dei, & ſceleris magnitudine terreãt, nec abſoluant, niſi debita reſtitutio aut ſatisfactio priùs intercedat, & niſi ſpondeant, ſe ab hoc tãto ſcelere, deinceps fore alienos. 11 Vide cõſtitut. Greg. X. in Cõc. Lugdune.

TITVLVS III.

De Concionatoribus.

QVoniam in prædicãdo Dei verbo maxima pars muneris noſtri verſatur: Si Euangelizauero, inquit PAVLVS, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incũbit. Væ enim mihi, ſi nõ Euãgelizauero: dabitur à nobis 1. Cor. 9.

1. nobis opera, vt,quoàd eius fieri pote-
Seſſi 5.c. 2 rit,Deo ſuam gratiam inſpirante,Cō
& 24.c.4 cilij Tridentini præſcripto,nos paru-
2. iſſe,oues noſtræ videant. Ad hoc autem tam diuinum munus exercendum, quo paruulis doctrinæ panis frangitur,infirmorum fides roboratur, conſcientiæ vel terrentur profligatæ,vel eriguntur perculſæ: nullū abſque probatione diligenti,teſtimonioq́ue noſtro admitti volumus.

3. Quod ſi quis ingeſſerit ſeipſum, nobis inſcijs, factum hoc ſuum non feret impunè.

4. Prouidebitur autem à nobis, vt qui verbo Dei prędicando fungi debent,ſint tales,quos & pietas, & vitæ honeſtas,& doctrinæ puritas cōmendent, vtq́ue populum tam lingua, quàm exemplo ędificent. Pulchrum eſt enim,cùm de Concionatore illud dicitur, quod olim de quodam ex veteribus dictum legimus: Hic eſt,qui quale habet verbum, talem habet & vitam. Nam in vita Concionatorū
Euſe.li. 6. multum eſt poſitum,libentiusq́; po-
ca,3 Eccle. pulus ea facit,quæ à ſuis prædicatori-
hiſtor. bus

bus fieri videt. Quare, dent operam 5.
omnes qui hoc munere fungentur,
vt eorum vita cum doctrina conſen-
tiat. Turpe eſt enim Doctori, cùm à
ſua culpa redarguitur. Et Apoſtolus Rom. 2.
eos qui eiuſmodi ſunt, acerbè repre-
hendit. Qui alium, inquit, doces, teip
ſum non doces? qui prędicas non fu
randum, furaris? qui dicis non mœ-
chandum, mœcharis? qui abomi-
naris idola, ſacrilegium facis? qui in
lege gloriaris, per præuaricationem
legis Deum inhonoras? Itaque me- 6.
minerint ſe DEI cauſam agere, &
pro ipſo apud populum legatione fū Matc. 1.
gi. Eorum intereſt, parare viam Do Eſa. 40.
mino, rectas facere ſemitas eius; cura- 7.
re vt ſint praua indirecta, & aſpera in
vias planas, vt homines pœniteāt, et Marc. 1.
credant Euangelio, vt per bona ope-
ra certam vocationem ſuam faciant, 2. Pet. 1.
& eum quem optant, ſalutis portum 8.
attingant.

Rationē [illegible] dicādi ve[rbi] Dei, vide in Cō. Lateran. ſub. Le[one] X. Seſſio. 11.

Fabulas aniles, ſales, ſcommata, io
cos, intermiſceri concionibus prohi
bemus; prętat enim gemere, pectus
tundere, ſuſpiria ducere, & plorare
populū

populum in ſacris ſermonibus audiendis, quàm riſu, cachinnoque ſolui. immodeſtas etiam inuectiuas, aſperam verborũ acrimoniã, probra, conuicia, hiſtorias ſuſpectas, legendas parùm probatas, omitti volumus, nec citari obſcuros auctores vel ineptos, ſatis alioqui magnum campum prædicatori ſuppeditare poſſunt ſacræ literæ, & probati Eccleſiæ doctores, nihil vt ſit neceſſe eiuſmodi prę̃ſidia aliundè aſciſcere: ab his nimirũ auctoribus, qui rectè collocãdi ſint in ignobilium ſcriptorum numero.

Vide Cõc. Carthag. 3 Cano. 47.

9. A miraculis vulgandis, concionatores abſtineant quoàd eius fieri poteſt.

10 Ac ſi quando vſus venerit, & res, vt aliqua eorũ habeatur mentio, poſtulauerit, ſobriè, modeſteque id fiat, ſeruetur q; hac in parte Leonis Decimi prohibitio, in Lateranenſi Concilio Seſſione XI. edita.

11 Nolumus etiam, vt ſint Concionatores nimium & impensè curioſi in hæreticorum argumentis publicè recenſendis. Quod ſi quãdo vſus inciderit, vt ea referre ſit neceſſe, dẽt operã,

vt

vt nõ tam longa diſputatione, quàm grauí redargutione cõfutentur. Quã 12.
ad rem, valebit ſcriptura ſacra, Eccleſię auctoritas, Conciliorũ decreta, patrum probatorum teſtimonia, & recepta longo vſu conſuetudo, quam noſtri maiores pro lege ſemper habẽdam eſſe duxerunt. Inter concio- 13.
nandum verò, non quærant popularem applauſum, nec ſe vulgi iudicio accommodent. atq; ideo ab omni fuco, & orationis pigmentis omnibus abſtineant. ſed grauiter & prudenter officio ſuo fungantut, nihil aliud quærentes: quàm commodum & ſalutem ouium, quarum paſcendarum curam ſuſceperunt. Fiant 14. 1. Cor. 9.
exemplo Pauli, omnibus omnia: oportet enim eos cum pueris pueraſcere, cum rudibus rudiores fieri, alijs 1. Cor. 3.
lac præbere, alijs ſolidum cibum. 15.

In ſcripturis verò producendis, nõ Seſſ. 4. c. 2.
alia vtantur, quàm editione vulgata, earumq; intelligentiam, illorũ Ruffi. li. 2. ca. 9. Hiſt.
clariſſimorum Eccleſię luminum, Conciliũ
Baſilij & Gregorij exemplo, non 6. Conſtãt
ex priuata præſumptione peſſimo nop. ca. 19.

præce-

præceptore, ſed ex maiorum ſcriptis
& auctoritate ſequantur. Adhibeāt
interpretes probatos Eccleſiæ docto-
res, vel alios huius temporis expeti-
16 tores, viros Catholicos. Nullis pror
ſus vtantur hæreticis, illorumq́ue le-
ctione, ſibi ſeriò interdictum eſſe no-
uerint: impoſſibile eſt enim, ex lacu-
nis, quæ aquam viuam continere nō
poſſunt, ſalutarem hūc hauſtum pe-
17 tere. Nam hæreticorum commen-
2.Tim. 2. tarij, nō ad aliud facti vidētur, quàm
ad ſubuerſionem audientium. Quos
2.Tim. 2. hac ætate noſtra non pauci ſequuti,
1.Tim. 6. exciderunt à fide, ſeque inſeruerunt
2.Tim. 3. doloribus multis, ſemper diſcentes,
& nunquam ad ſcientiam veritatis
peruenientes. Quare libros eiuſmo
18. di veluti peſtem præſentem omnibus
Seſſ.4.c.1. modis caueant, eorumq́ue etiam au-
Dion.li.1. Eccl..hier. ditum horreant.
ca.1. Epip. hære.61. cōtra. apoſtlicos. Baſi. de Spirit. San. ca. 27. 29. Act. 15.
Hac autem in doctrina, ſuū quoq;
& peculiarem locum obtinet tradi-
tio, quæ non eſt poſtrema Euangelij
pars. Quam quò magis faſtidiunt hæ
retici, hôc erit nobis maiore ſtudio
retinenda. cùm & Apoſtolus peram-
bulans

bulans Syriam &Ciliciam, cuſtodire
pręcepta Apoſtolorum & Seniorum
docuerit: Et Theſſalonicenſes hor-
tetur, vt teneant traditiones, quas di-
dicerint, ſiue per Epiſtolam, ſiue per
ſuum ſermonem. Quam ob rem ve-
rè dixit os illud aureum Ioannes Epi-
ſcopus Conſtantinopolis: Traditio
eſt, nihil quæras ampliùs. Et eius æ-
qualis Baſilius: Tepacatum reddat
traditio, Dominus ita docuit, Apo-
ſtoli prædicârunt, Patres obſeruârũt,
confirmârunt Martyres, ſufficiat di-
cere, Sic edoctus ſum. Et item alius:
Si Chriſtianus es, crede, quod traditũ
eſt. Sed hîc magna cautione opus eſt
prædicatori, ne incertas pro certis, fal 19.
ſas pro veris, profanas pro ſacris, hære
ticas pro Apoſtolicis traditionibus
amplectatur. Habent enim traditi- 20
ones quoque ſuas hæretici, quibuſcũ
nihil nobis commune eſſe debet. Ex- 21.
tant autem libri Catholicorum de
traditionibus Apoſtolicis conſcripti:
& ſunt eæ paſſim obuiæ in ſcriptis ve
terum, vndè, cùm res poſtulauerit,
certa de illis doctrina ſumi poteſt. Si

2. Theſſ. 2. Tertul. li. 2 ad Vxo. Cypri. in Sermo de ablut. ped. Hiero. ad Luciniũ. epiſt. 29. & cõtra Lucife. Definit. 2. Synod. Nicę. Chryſ. homi. 4. in 2 Theſſal. Baſil. in homil. contra Sabell. & Arrium.

Tertul de carne Chriſti.

22 enim omnes traditiones (quod velle
videtur huius temporis hæretici) re-
ſpūdas nobis eſſe exiſtimauerimus,
ipſum etiam Euangelium, ad nu-
dum nomen contrahamus neceſſe
eſt.

TITVLVS IIII.
DE SCHOLIS.

IN Scholis rectè inſtituendis quan-
tum ſit ppoſitum, docet horum tē-
porum infœlicitas, in quibus hære-
ſum tanta ſeges, non aliundè, quàm
à ſcholis infectis ſumpſit incremen-
ta. Ibi enim inſtituitur tenera iu-
1 uentus, quæ ſuo tempore tam Eccle-
ſiæ, quàm Reipublicæ, vel vſui futura
eſt, vel incommodo. Et ferè tales e-
uadunt diſcipuli, quales fuerint præ-
ceptores ſortiti: vt in multis etiã vi-
ris magnis, notata ſint non rarò præ-
ceptorum vitia. Nam illa puero-
rum teſta noua, non facilè odorem
2 exuit, quem recèns imbibit. Quam
ob rem diligenter per ſcholaſticos Ec
cleſiarum noſtrarum prouideri vo-
3 lumus, vt ea quoq; pars Eccleſię ſit in-
tegra. Nemo pręficiatur ſcholæ, niſi

noſtro vel Officialis noſtri iudicio probatus. Priuſquàm verò ad eam gubernãdã acceſſerit, mãdamus, vt fidei profeſſionem faciat, ſeque Catholicum eſſe doceat. Non enim expedit iuuentutem in eorum diſciplinam tradere, qui corruptores ſunt magis quàm præceptores, & ea docent, quæ ſunt poſtea magno labore dediſcẽda. 4

Videat etiã ſcholaſticus Eccleſię noſtræ, quid magiſter ſcholę doceat in ſcholis, qua vtatur methodo, quos p̃legat auctores diſcipulis. Iubeat eũ ex omnib⁹ optimos quoſq; deligere. vsũ ſcientiarũ tradat fideliter, vt nõ tãtũ eas diſcãt auditores & memorię cõmẽdent, verùm etiã ſciant, q̃s ex eis fruct⁹ petendus, & quo modo ſint ad ſcriptorũ grauium intelligentiã accõmodãdæ. Miniſtræ ſunt enim eorũ ſtudiorum, in quibus ætatem grauiorẽ, eos poſtea collocare oportet. 5 Vide Cõc. Lateran. ſub Leone X. cap. 7. Seſſi. 9.

Non minorem quoque pręceptores pietatis curam gerent, certiſque diebus, vel Catechiſmum Romanum, vel alium quempiam ſcholaſtico probatum, diſcipulis 6

1.Tim.4. ediſcendum tradent , eoſque in
pietate Chriſtiana ſedulò inſtituent.
7 Hęc eſt enim quæ valet ad omnia,
promiſſionem habens vitæ,quæ nūc
8. eſt & futuræ. Turpe eſt autem in do
ctrina factis progreſſibus,nullam ho
neſtatis & bonorum morum curam
ducere, ſine quibus ſi quis in doctri-
na proficit,deficit. Quamobrem im-
9 puros & impudicos ſcriptores, qui
moribus puerorum officere poſſunt,
10 legi prohibeat. Hoc enim quæritur
à nobis,vt non magis docti ſint no-
11 ſtræ ſcholæ alumni, quàm pij.Quam
etiam ad rem, vita pręceptoris ma-
gnum adferet momentum, nimirū
ſi talis ea fuerit, in quam nulla iuſta
cadere poſſit reprehenſio. Nam vt
infantes nutricum,ſic pueri vitam &
mores præceptorum ſæpè referunt.
ideoque ex veteribus quidam ſcriptū
reliquit:Maxima debetur puero reue
rentia. Si quid turpe paras, huius tu
ne contempſeris annos. Quæ ſit au-
12 tem inſtituendę iuuentutis ratio,
Seſſ.23.ca. præſcripſit Sacra Tridentina Syno-
18. dus, ex qua ſumet ſcholaſticus ea,
quę

quæ videbuntur ad rem prȩſentem neceſſaria.

Curam verò ſcholarum Parochalium, penes Eccleſiarum Parochos eſſe volumus, qui diligenter operam dabunt, quò ætas tenera, quȩ ibidem inſtituetur, non alios Catechiſmos ediſcat, quàm Catholicos: & ita inſtituatur, vt bona ſpes ſit, eam fœliciter iactis ibi fundamentis, ad magnã, per Dei gratiam, & vberem poſtea frugem eſſe peruenturam. 13.

TITVLVS V.
DE IEIVNIIS ECcleſiæ.

IEiunia, quæ vel indixit Eccleſia, vel vſus communis pridem recepit, ab omnibus in Diœceſi noſtra ſeruari volumus: quorum rationem & modum diligenter explicabunt Parochi, & reliqui verbi Dei miniſtri, vt ſciat populus, quomodo ieiunandum ſit, & quis ex ieiunio fructus ad id ipſos redundet. Sciant cõmẽdari in Euangelio Annam Prophetiſſam, quȩ non diſcedebat de tẽ- 1. Luc. 2.

plo, ieiunijs & obſecrationibus ſer-
2. uiēs Domino die ac nocte, Ipſe quoq;
Chriſtus denuntiat Apoſtolis, fore vt
Lucæ 5. ieiunēt, cùm ablatus ab eis fuerit Spō
ſus: quod eos feciſſe crebrò ſcriptura
Acto. 14. commemorat. Nam ieiunantes & o-
3 rantes Paulum & Barnabam dimiſe-
4 runt ad opus Euangelij. Liſtris etiã,
Iconio, & Antiochię, cùm Presbyte-
ros conſtituiſſent per Eccleſias, cũ ie-
iunijs & orationibus cõmendauerũt
eos Domino. Tanta fuit nimirũ eius
5 ieiunij vis, tanta dignitas, vt eo, præ-
clarũ illud creandorum Eccleſiæ mi
niſtrorum opus, ornandum ſibi eſſe
6 putauerint. Priuatim autem de ſin-
gulis Apoſtolis quid attinet dicere?
cùm Paulus Gētium, id eſt noſter ma
giſter, ſeipſum in multis ieiunijs ver-
2. Cor. 6. ſatum fuiſſe dicat, & nos hortetur, vt
exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros,
in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate,
quod ipſum alios etiam feciſſe, dubi-
tandum non eſt.

7 Doceant, non poſſe ieiunia fideliũ
Matth. 6. fructuoſa non eſſe: quandoquidē il-
lis nomen iuſtitię Chriſtus ipſe tri-
buit

buit, ac magis etiam eorum fructum expreſſit, cùm dixit: Hoc genus Dæmonij non eijcitur, niſi oratione & ieiunio. Negari enim non poteſt, cibo ſubducto, ſumi pœnas de nobis ipſis, & reddi nos aptiores ad omne pietatis genus præſtandum, prauoſque animi motus recta ratione cohibendos. Nā venter plenus, facilè deſpumat in libidinem, & à ſaturitate ad incontinentiam, proximus eſt gradus. Sedit populus manducare & bibere, Paulus inquit, & ſurrexerūt ludere.

8

Matth. 17.

9

1. Cor. 10.

Cæterùm, hortentur fideles Parochi, vt cùm ieiunant, non ſolùm corpus à cibis delicatioribus, verùm etiam mentem à capitalibus vitijs cohibeant. Vtriuſque enim hominis cauſa indicuntur ieiunia, nimirum vt & corpus refrenetur, & animus fiat ad res diuinas contemplandas incitatior. Quò magis corrumpitur exterior homo noſter, hoc interior magis renouatur de die in diem. Nam fruſtrà caro affligitur, laſciuiente ſpiritu: & parùm prodeſt corpus

10

2. Cor. 4. 11.

12

inedia confici, niſi modus adhibea-
ſai. 58. tur vitijs. Hoc eſt enim, inquit Pro-
13 hpeta, ieiuniũ quod elegi. Diſſolue
colligationes impietatis, ſolue faſci-
14 culos deprimentes. Id verò vt fiat,
caro domanda eſt, ne Spiritui repu-
gnet, néue iugum rationis excutiat.
15 Neque verò alio fine, quàm quo di-
ctum eſt, ſuſcipiantur ieiunia. Dam
16 natur enim Phariſæus, qui ieiunans uc, 18.
Matt. 6. bis in ſabbato, contempſit proximũ.
17 Damnantur & illi, qui exterminant
facies ſuas, vt appareant hominibus
ieiunantes. Quare vt fructuoſum
18 ſit ieiunium, hominem vtrumque
freno cohiberi oportet, ab eſcis alte-
rum, alterum à vitijs.
19 Suſcipiuntur autem ieiunia, vel
ſponte noſtra, vel ex Eccleſiæ præce-
20 pto, vel ſatisfactionum gratia. In om
nibus his, locum habet pietas & iu-
21 ſtitia. Pietatem facit libera noſtri a-
nimi ad ieiunandum inductio: Iu-
ſtitiam, obedientia. Si nos ipſos iu
22 Cor 11. dicaremus, Paulus inquit, non vtiq;
23 iudicaremur à Domino. Iudicamus
autem nos ipſos, quando in ipſis no-
bis

bis admiſſa vitia plectimus. Hæc vis
grata eſt Deo, & præuenire præſtat,
quàm ab eius vindicta præueniri. Ta- 24
libus ieiunijs vel ſpōtè ſuſceptis, vel
Eccleſiæ, quam audire tenemur, præ-
cepto obſeruatis, vltio de peccatis ſu-
mitur, caro laſciuiens domatur, &
compeſcuntur motus animorum vi-
tioſi, quibus ad rem collatis, homo
deturpandus fuerat. Quæ verò ſatiſ-
factionum nomine imponuntur à 25
Confeſſarijs, ea, cùm ad pœnitenti-
am pertineant, nullum hîc noſtrum
ſermonem deſiderant. Quam ob 26
rem, non contemnat populus indi-
cta ieiunia, nec putet onus eſſe impor
tabile, vel opus Phariſaicum, ſed ea
libenter ac religioſè cuſtodiat & ob-
ſeruet, veluti ſpiritualia pharmaca. 27
Ab omni intemperantia, à luxu,
ab ingluuie, & alijs peſtibus eius ge-
neris, quoties ieiunandum eſt, dili-
genter ſibi caueat, animo ſuo impe-
ret, corpus ad omnem pietatem com-
ponat, vitia reprimat, mentem ad
cœleſtia erigat, & ad ea meditanda
quæ ſurſum ſunt, totam conuertat.

Liberiùs enim ac vtilius animis pur
gatis cœleſtia ſpeculari, & in illis cō-
templādis verſari poterit.
28 Porrò annua ieiunia, quæ in Diœ-
ceſi noſtra obſeruari volumus hæc
ſunt. Quatuor anni tempora. Qua-
drageſima tota: Omnium Apoſtolo-
rum vigiliæ, prȩter Philippi & Iaco-
bi, ac Beati Ioannis Euangeliſtæ. Vi-
gilia Natiuitatis Domini, Penteco-
ſtes, Ioannis Baptiſtæ, Laurentij: Om
nium Sanctorum, Aſſumptionis Be-
29 atæ Virginis ex præcepto. Reliquæ
vigiliæ eiuſdem communiter ieiu-
nantur de conſuetudine. Dies Mar-
30. ci & Rogationum ſecundum anti-
quam conſuetudinem ieiunentur,
neque tamen his D. Marci & Rogati-
onum diebus prohibeatur ouorum
& lactis eſus: & ſi quæ alia nobis po-
ſtea indicenda videbuntur.
31 Hæc omnia in Diœceſi noſtra
vbique obſeruari volumus & man-
32 damus. Quod ſi quem ab obſer-
uando indicto ieiunio tenuior va-
letudo prohibeat, & alio cibo ſolidi-
ore vtendum ſuadeat, is rem om-
nem

nem priùs ad nos., vel ad Vicarium noſtrum, vel Parochum ſuum referat, ſuperiorumque ſuorum iudicio pareat, nec priuata ſua libidine legem ieiunij ſoluat. Audacter verò 33
& per contemptum, nemo ſumat cibos prohibitos, nec alijs exemplo ſit ad ſumendum, nec ferat moleſtè, ſi propter eà duriùs à Parocho acceptus fuerit: nam zelo Dei iraſcitur, inquit Hilarius, quiſquis Chriſtianum ieiunij die conuiuijs luxuriantem viderit. Meminerint terribilis illius exempli Ionathæ, qui violato ieiunio quod pater eius indixerat, Deũ offendit, patrem cum omni populo in luctum & mœrorem coniecit, ſeipſum verò morti addixit,

In pſal. 1[illegible] Vide Cõ[illegible] Gangre[illegible] Cap. 19.

1. Reg 1[illegible]

34 Parochis autem cum ægrotis diſpenſare fas erit, ita tamen, vt eos ardentiùs orare, largioreſque eleemoſynas propterea dare, & alia charitatis opera exercere iubeant, quo ſic penſetur alio pietatis genere, quod fuit infirmitate prætermiſſum.

TITV-

TITVLVS VI.
DE FESTIS.

FEſtorum duo ſunt genera. nam alia CRSISTI ſeruatoris noſtri: alia ſunt Sanctorum ipſius peculiaria: vtriſque inſtituendis, non aliud ſpectauit Eccleſia, quàm honorẽ Dei, & populi fructum. Ac prioribus quidem, confirmatur præcipuè fides noſtra, & pius in Deum affectus erigitur: poſterioribus, vitæ puritas in exemplum trahitur. Quare in omni-
1. bus Chriſti Domini ſolennitatibus, ſiue Natiuitas occurrat, ſiue Paſſio, ſiue Reſurrectio & Aſcenſio, vel feſta reliqua eius generis, hoc maximè prouidebunt Parochi, vt Chriſti beneficia quàm notiſſima ſint hominibus, vtque confirmetur fides om-
2 nium, & in torpentibus animis gratitudo ſuſcitetur. In die Sanctiſſimæ Trinitatis, doceant populum, quid de Patre, Filio, & Spiritu ſancto, quid de Trinitate, quid de proprietate perſonarum, deque vnitate ſubſtantiæ credere, ſentire, profiterique debeant.

debeant: cui tractationi abundè Catechiſmus Romanus argumenta 3
ſuppeditabit. Hortentur autem fideles, ne doctrinis hæreticorum huius temporis, à recta fide abduci ſe patiātur, nec velint altiora ſe ſcrutari, aut plus quàm oportet ſapere: ſed captiuēt intellectum in obſequium fidei. Eccle 7. Rom. 12. 2. Cor. 10
Nuſquam enim difficiliùs inuenitur veritas, nec erratur periculoſiùs, quàm in hoc myſterio longè omniū maximo, in quo ipſi etiam cęcutiunt Angeli. Inter omnia feſta Sancto- 4
rum, præcipuum locum tenent ea, quæ ſunt Deiparæ virgini dicata. Quorum ſingula pro more pridem iam ætatē recepto, ab omnibus Diœceſis noſtrę Parochis celebrari volumus. Inprimis verò feſtum Aſſum- 5
ptionis Beatę virginis, quod Eccleſia noſtra Cathedralis ritu ſolenni quotannis celebrat, ab omnibus religioſiſſimè obſeruari mandamus.

6 In herbis & fructibus benedicendis, ab vſitato more non recedant. Theodo. Balſam. in 3. Canon. apoſtolicū
Nam hodie flos ille puritatis cœlos petiuit, ſupplicaturus pro nobis filio.

7 lio. Eccleſia quoque Græca, vuas
& fructus tanquam primitias fœtu-
um ex arboribus, offert Deo, vnde pu
tatur ad nos etiã vtriſq; benedicẽdis
mos tractus. ſiue autem his quæ dixi-
mus, ſiue alijs de cauſis id fiat in Ec-
cleſia, iuuat morem vſitatum dili-
genter conſeruari, populumq́ue in-
ſtitui, vt ſciat non priùs donis Dei ſi-
bi vtendũ eſſe, quàm verbo dei & ora-
tione ſanctificata, proq́ue his publicè
in Eccleſia gratia peractæ fuerint.

8 Vide actio- Feſtis Beatæ Virginis, ſuccedunt A-
nẽ 3. Syno. poſtolorum & aliorum Sanctorum
2. Nicæ. feſta, ſiue hi Martyres, ſiue Confeſſo
Cyrill li. 6 res fuerint, ſiue Virgines: quæ quoties
& 10. cõt. celebramus, Deo præcipuè gratias a-
Iulianũ. gimus, per quem vocati ſunt in grã
Rom. 5. tiã, per quem ſteterunt & ſaluati ſunt.
1. Cor. 15. Quod enim hi tẽpla fuerunt Dei, &
1. Cor. 6. Spiritus ſancti viua domicilia, factũ
2. Cor. 6. eſt illius beneficio & gratia ſingulari.

9 Neq; tamẽ non habent & ipſi vnde a-
pud pios cõmendentur. Nã quòd nõ
Epheſ. 4. defuerunt gratiæ Dei, nec Spiritũ ſan
Luc. 9. ctũ contriſtârũt, quòd nõ reſpexerũt
retro, nec ſunt reuerſi poſt Sathanã,

quod

quòd crucē Chriſti portârunt, & nomen eius palam confeſſi ſunt, ſeipſos quoq; virgines caſtas ſeruârunt, in eo libēter ſanè pro eo ac debemus, & dona Dei agnoſcimus, & labores ipſorū prædicamus ac certamina. Fuerunt enim cooperatores gratiæ Dei, non receperunt eā in vanum, ſed, quoàd eius fieri potuit, diuino munere ſuóque ſtudio conſeruârunt integram. Quo factū eſt, vt probati ſint Dei teſtimonio, & laudē eorū annūtiet Eccleſia Sanctorū. Hos itaq; imitādos fidelibus proponāt Parochi. nā & Paulus imitari ſe iubet. Et Hebręos hortatur, vt efficiātur imitatores eorū, q fide & patiētia hæreditârūt ꝓmiſſiones Abrahæ. Iacob⁹ verò: Exēplū accipite, inquit, fratres mei, afflictionis & paciētiæ Prophetas. Neq; dicat quiſquā. Nō poſsū eſſe Petr⁹, nō Paulus, nō vti reliqui Apoſtoli. Audiat Chryſoſtomū reſpōdētē. Ne noſmetipſos ſeducamus dicētes: Impoſſibile eſt vt ſit aliquis vti Paulus. Siquidē ſignorū ac miraculorum, ſapientiæ, gratiæq; eius contemplatione, nullus poterit eſſe

1. Tim. 5.
Eccle. 44.
10.
1. Cor. 4.
Cap. 6.
Cap. 5.
11
Lib. 1. de Cōpunct. cordis tomo. 5.

eſſe Paulus. ceterùm vitæ ratione & conuerſationis diligentia, prſto eſt volenti imitari illum, quod quia nō fit, voluntas in culpa eſt. Volumus præterea notam eſſe Parochis noſtris illam Diui Auguſtini ſententiam:
12 Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, & orationibus adiuuetur. Hæ ſunt enim feſtorum dierum præcipuè cauſæ. Ac de imitatione quidem iam diximus. Superſunt Preces & merita: quorum alterum auxilij, alterum eſt præmij. Quare doceant, valere pre-
13 ces tam eorum, qui in hac miſera fragiliq; vita degunt adhuc nobiſcum in terris, quàm qui beatiore illa iam Dei benignitate fruuntur in cœlis. Ac illorum ſanè multò magis, quando nihil iam de ſe ſolliciti, omnia in nos transferunt, & ſupplicantium affectum, & ſupplicationis fructum.
14 Quorum merita prodeſſe hominibus non omninò peſſimis, is demū intelligit, qui Sanctorum communionem

Aug. ſerm. 51. de tēpo. Chryſ. ho. 19. in locū Euāgelij: Domine quoties peccabit in me frater

12 Li. 10. cōt. Fauſt. c. 21. & li. 8. de ciuita. c. vlt. & 22. c. 16. & Tract. 44. in Ioā. Seſſi. 25. Eccleſ. 48 de Elia. 2. Macha. 15. de Hier.

13 Vide Nazanſ. in Epitap. Baſi. Theo. li. 8 de Marty. & 9. de legib. Chryſ. in ſerm. de B Iob Baſil. de 40. Marty.

14 Marty. Athan. de in

nionem rectè intelligit,& membrorum illum nexum admirabilem in vno corpore,cuius caput Chriſtus eſt. Nam ſiue dolet vnũ membrum, dolent & alia; ſiue gaudet, gaudent & reliqua membra. 14

carnat. verbi. Euſ. li. 6 ca. 5. Amb. de viduis. & ſerm. 77 & 91. Aug. li. 1. de doctri. Chriſti. ca. 30. 1. Cor. 12.

Nec nouum illud eſt, vel ab imperitis hominibus falsò inuentum, Deum aliorum cauſa ignoſcere alijs. Ignouit Loth propter Abraham, Ciuitati Segor propter Loth, Hieruſalem propter Dauid pridem vita functum. Quin & Chriſtus Paralyticũ ſanauit propter fidem portantium: Cananæam propter ſupplices matris preces. Filium Reguli ob patris obſecrantis,& Centurionis puerum ob ipſius Domini fidẽ. Et ſunt alia multa eius generis exempla, quæ noſtræ doctrinæ cauſa, ſcriptura commemorat. 15

Amb li. 5. in Lucã de paral. ſanato. Chryſ. homi. 42. in Gene. Et in ſerm. de pœnitẽ. & cõfeſſi. & de virtutib. & vitijs Tom. Gene. 19. 4. Re. 19. 20.

Hæc tamen ita prædicari volumus à Parochis noſtris, & reliquis DEI verbi miniſtris, non vt honor Chriſto capiti debitus, transferatur aliò, vel eius gloria detur alijs: verùm vt Chriſti quoque corpori ſub Chriſto capite ſua ſit dignitas. Qua in re, 16

Luc. 5. Matt. 15. Ioan. 10.

concionatores cautos eſſe oportet, vt modum tradendę ſanæ doctrinæ teneant, & ſic orationem ſuam in cõcionando attemperent, vt neque ad dexteram, neque ad ſiniſtraum deflectant: ſed & regia via incedentes, conſeruataque Chriſto gloria, Sanctos eius à contemptu vindicent, & in honorem debitũ aſſerant. Quod ſi quæ alia feſta præter ſuprà commemorata, vel pridem indixit, vel deinceps indicet communis mater & magiſtra noſtra Romana Eccleſia, ea quoque non minori celebritate quàm ſuperiora, iuxta præſcriptum tamen illius, ab omnibus in Diœceſi noſtra vbiuis diligẽter obſeruari volumus & mandamus.

17 Curabunt autem Parochi & Concionatores Diœceſis noſtræ, vt feſtis diebus, non alijs, quàm ſacris rebus
18 populus vacet. Claudantur tabernæ alięque domus meritorię, ceſſent cõ-
Vide Matiſ con. Cõci. ca 1. uentus opificum & aliorum ocioſorum hominum, ceſſent ſaltationes & ebrietates, quę licèt inueterato, peſſimo tamen more, feſtis præcipuè diebus

ebus, vbique fieri conſueuerunt. Pudeat facere Chriſtianos ſacris temporibus, quod nec Ethnici, nec Iudæi faciunt. Tum enim requies nobis eſt à laboribus manuum, maior aũt à quibuſcũq; tandem vitijs. Nam peccatũ, ſeruitus eſt omnium longè grauiſſima. Qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Vtantur hac in parte ma- 19
giſtratus etiã ſecularis opera, & eius fide implorata, omnes has peſtes, quoàd eius fieri poſſit, prohibeant. Alioqui laborare præſtabat, quàm peccare; & iuxta D. Auguſtini ſententiam, arare quàm ſaltare.

Feſta verò Diœceſis noſtræ ſunt 20
hęc: Primùm omnia tota duplicia totius anni. Deinde duplicia & ſemiduplicia infra ſcripta: videlicet, Apoſtolorum omnium, Nicolai Epiſcopi, Adalberti, Staniſlaj, Inuentionis & Exaltationis Crucis, Ioannis Baptiſtæ, Magdalenæ, Michaëlis, Martini, Elizabeth, Catharinæ, omniũ Sanctorum, dies animarum ad meridiẽ, Marci Euangeliſtæ ad meridiem celebre, iuxta morem antiquum.

Et ſi qua ſunt vel erũt alia ab Eccleſia pręcepta, quæ de more pridem iam vſu recepto, notabuntur quotannis in libello ſiue indice, vulgò Rubricella nuncupato, qui Sacerdotum cauſa in publicum dari conſueuit.

TITVLVS VII.
DE FVNERALIBVS et ſepulturis.

Euſebi. de vita Cõſtãti. Amb. de obitu Saty. Victo. lib 1 perſec. Vãda. & 2. Clem. Ro. li. 6 ca. 30. Cõſtãt. To. eta. 3. Syn. ca. 22.

MAgna religione curata priſcis temporibus fuiſſe Chriſtianorum funera, teſtis eſt vetuſtas vniuerſa, adeò, vt non pauci viri pij & eruditi, ritum condendorum corporum literis poſteritati mandauerint, nec
immeritò. Sunt enim defuncti Chri-
1. ſti & Eccleſiæ Dei membra, fratresq;
noſtri. Et quia erant dum viuerent, caſta Spiritus ſancti domicilia, ideò tanto maior illis terra condendis, adhibenda eſt honeſtas. Nec
2 defuerunt, qui eos mortuos in ſignũ
charitatis, etiam oſculis dignari vo-
3. luerint. Quibus condendis, propterea cantus, propterea hymni ſunt additi, vt doceantur fideles, eos etſi vi-

Durãd. ex Diony. li. 7 Rationalis cap. 34.

Vide. 3. Synodo, Tolet. ca. 22. Clemẽt. Rom.

ta

tà functos, non perijſſe tamē, ſed meliore fœlicioreque vita in Chriſto viuere: Quin & eorum corpora licet exeſa, & in leuiſſimum puluiſculum reſoluta, eſſe nihilominùs cùm Dominus ad iudicandum venerit, omninò reuictura. Hæc ſolennis ceremonia, quæ tumulandis corporibus defunctorum adhibetur, eſt veluti quoddā reſurrectionis noſtræ perquàm illuſtre teſtimoniū, quo ſolamur nos ipſos in dolorib⁹ vitæ, mortiſque angoribus. Quam ob rem, propoſitis ob oculos defunctorum corporibus, veluti clara editaque voce hortatur aſtantes omnes Eccleſia, vt ſinguli finem ſuum cogitent, ac nouiſſimorum recordētur, quo poſſint cohibere ſe à peccatis, & ſemper parati eſſe. Neſcimus enim quando Dominus venturus ſit, ſerò an media nocte, an galli cantu, an mane. Beati ſunt autem ſerui illi, quos, cùm venerit, inuenerit vigilantes.

li. 6. ca. 30. Conſtit. Victor. li. 2. perſec. Vādali.

4 5 6

Marc. 13. Luc. 12.

7 Verùm vt alijs in rebus, ita & in hac, non parùm hoc tempore ab officij religione deflexum eſt, quando

 ſic

ſic non rarò defunctorum funera curantur, vt à charis brutorum cadaueribus non multum videantur abeſſe: nihilque magis laboratur à nonnullis, quàm vt primo quoque tempore terræ mandata, obruantur obliuione ſempiterna, & eorum memoria pe-
Pſal. 9. reat cũ ſonitu: vt verè pius ille Iob di-
Iob 10. xerit, Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum.

8 Quare mandamus omnibus Sacerdotibus Diœceſis noſtræ, inprimis verò Parochis, vt diligenter in eam officij ſui partem incumbant, & funera piorum religiosè tumulari curẽt.
9. Adhibeatur cantus, qui de more in Proceſſionibus & templis haberi conſueuit: idque fiat cum ea honeſtate, quę & ipſos deceat, & populum ad ex-
10 trema ſua recordanda incitet. Eſt e-
Pſal. 114. nim non vulgaris piorum conſola-
Pſal. 26. tio, quando concinnis vocibus illud
Chryſ. homi. 4. in 2. cani audiunt: Reuertere anima mea
ca ad Heb. in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi; & iterum, Credo videre bona Domini in terra viuenti-
11 um. Hæ voces, & alię multæ eius

gene-

generis, ferreum etiam pectus emol 12
liunt, fidemque reſurrectionis vehe
menter confirmant. Nec eſſet in- 13
commodum, fortaſſis etiam neceſſa
rium, in aliquo maiore præſertim po
pularium funebrali concurſu, ſer-
monem breuem facere, quo docean
tur aſtantes, quid ſecum in eiuſmo-
di conuentibus meditari debeant.
Nam vita Chriſtianorum non eſt 14
aliud, quàm mortis perpetua me-
ditatio, & moriendi certa quædam
doctrina: quandoquidem effugere 15
mortem licet nemini. Pertineret
hæc illis commonefactio, & ad vi-
tam in melius commutandam, &
ad animum fide reſurrectionis ma-
gis etiam & perfectiùs confirman-
dum. Conuiuia funeralia, etſi non 16
omnino improbamus, ſi ſobria & mo
derata fuerint: mallemus tamen pau
peres & egenos illis intereſſe cum pi-
js Eccleſiæ miniſtris, quàm quoſcun-
que alios profanos; quibus venter
magis ſolet eſſe curę, quàm defuncti
fratris ſpiritus.

17. Meminerint verò Parochi, ſe debitores eſſe, vt ſtatim pro ſuę Parochiæ defunctis, prçces Deo fundant, ac Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium offerant, eisque refrigeria concedi poſtulent. Nam ſi vnquam antea, tunc certè animæ corporibus ſolutæ, eorum ope maximè indigent, ſibiq; à Deo precibus illorum, & ſanctis ſacrificijs miſericordiam fieri cupiunt.

18 Legata mortuorum fideliter exęquãtur,
Conc.Tri- eri .ca. in quibus fraudis aliquid admiſiſſe,
19 inſtar eſt ſacrilegij. Sepulturæ
6.Cóc.Va verò nomine quicquam exigi omni-
enſ 13.q.2 nò vetamus: inhumanum eſt enim,
icipiendi. Grego. li. etiam ex defunctis fratribus lucrum
epiſto e facere velle. In ſacris verò locis, in-
iſt.4& 55. fideles, hæretici ſeu Schiſmatici, pu-
20 blicè excommunicati, nominatim interdicti, manifeſti vſurarij, quique ſibi manus violentas attulerunt, vel qui ob patratũ ſcelus trucidati ſunt, nec vlla vel piæ mentis in Deum, vel reſipiſcentię ſigna morituri dederũt. Item blasphemi, & alij abſq; vlla pœnitentia vita perfuncti, humari non debent.

Loca

Loca ſepulturæ ſiue Cœmiteria, diligenter cuſtodiant Parochi, ne quid ibi ſit immundum, ne paſcātur pecudes, aliaque bruta pererrent. Sunt enim dormitoria in Chriſto quieſcentium: Sint ſeptis & cancellis munita, & omnibus ſordibus prorſus vacua. Intereſt enim religionis, buſta mortuorum ſeruari & ornari. 21 22

TITVLVS VIII.
DE SODALITATIBVS ET Fraternitatibus.

SOdalitates inſtitutæ ſunt in oppidis, Eccleſiæ proximorumque adiuuandorum cauſa: non vt ventri ſeruiant fratres, & potationibus operā dent, vel ſua priuata commoda ſectētur, verùm vt iuuent proximos, re, ope, opera, conſilio. Si quis ex fratribus fortuna iniquiore premitur, ſi cui res eſt anguſta, ſi diſſenſio cū quoquam intercedit, ſi pax & concordia turbatur, Sodalitatum officium eſt, iuuare huiuſmodi: & vt quietè vitā fratres ac propinqui tranſigant, prouidere. 1.

2 uidere. Habent autem Sodalitates etiam in Eccleſia partes ſuas, quæ in diſciplina inter fratres retinenda, in viſendis & ſolandis ægrotis, in funerandis mortuis, in comitanda Sacroſancta Euchariſtia, & alijs diuinis of-
3 ficijs promouendis, verſantur. Eas, qui fratres ſunt, diligenter obeant, & quæ debent, gnauiter prçſtent, Parochoque ſuo cùm opus eſt adiumen
4 to ſint in omnibus. Erit autem Archidiaconorum munus proprium, vt eorum conſtitutiones videant &
5 examinent, ſi quæ fuerint eiuſmodi, vt non videātur eſſe ferēdæ, eas abole
6 ri curent, ſubſtitutis eorum in locū alijs melioribus. Qui ſunt in Sodalitate viri nobiles vel diuites, abiectorum & pauperum curam gerant. Qui conſilio & ſapientia valent, oppreſſos, errantes. indoctos, quibus poſſunt rationibus iuuent.

7 Omnibus verò in commune ſit hoc propoſitum, diligenter cauere, ne quis Deum offendat, ne quis eſuriat, vel rebus neceſſarijs egeat, vt omnis poſtremò ſimultas, odium atque

inimi-

inimicitia tollatur è medio,& ſit om Acto. 4.
nium cor vnum & anima vna. Quo- 8.
niam verò habent etiam quibuſdam
in locis ſuas Sodalitates Presbyteri,et
certis temporibus agunt conuentus:
volumus & mandamus,quoties con
uenerint, vt ita ſe gerãt, quò poſſint
exemplo eſſe ceteris popularibus.
Orent pro defunctis fratribus, ſacri- 9
ficia celebrent, conciones habeant,
populum ad pietatem colendam, &
ad mortis recordationem hortẽtur.
Diſpiciant etiam, nunquid ſit inter 10
fratres, quod ferri non oporteat:con
ſulant inuicem de ratione plebis gu- 11
bernandæ: alter alterum in bono 12
vincere ſtudeat: infirmiorem for- 13
tior confirmet, peritior indoctio-
rem doceat. Si quid non rectè fit in 14
Eccleſijs fratrum, emendetur com-
muni conſilio: ſi cuius vita obeſt 15
fidelibus, caſtigetur, & eam contra-
dicentibus & obiurgantibus multis,
in meliꝰ mutare cogatur. Sic futurũ 16
eſt, vt fructuoſus habeatur eorũ couẽ
tꝰ,& nos magno labore videbimur le
uati. Hic eſt enim cõuẽtuũ eiuſmodi 17

ſcopus

ſcopus, vt diſcant fratres ex mutuis colloquijs, quomodo ſint pericula vitæ præſentis perferenda, tentationesque ſpiritales & corporales ſuperan-
18 dæ Legant autem primo die ſui congreſſus, has noſtras Conſtitutiones Synodales, & Decretum Concilij Tridentini de perſonali Parochorū reſidentia, vt quanta obligatione in cōſcientia teneantur, ſcire queant.

Seſſi 23. c. 1. & Seſſi. 6 cap. 2.

TITVLVS IX.
DE POENIS.

STatuimus poſtremò, vt pœnę Canonicæ, tam iure comprehenſæ, quàm conſtitutionibus Synodalibus aliâs æditis annexæ: horum Conſtitutionum transgreſſoribus, vbi peculiaris pœna adiecta non fuerit, infligātur. Quarum auctio vel moderatio, penes nos eſſe debebit. Sed & aliam quamcunque arbitrariam pœnam, pro delicti modo, perſonarumq; ac locorum qualitate, infligendam & exigendam, nobis reſeruamus.

Hæc

HAEC nos interea in rem Clerino ſtri ſancienda nobis eſſe putauimus, quæ ab omnibus & ſingulis diligenter obſeruari volumus. Si quid verò his 3
noſtris legibus defuerit, vt quidem pleraque deeſſe libenter agnoſcimus, de his poſtea deliberatione ſuſcepta, videri-
mus. Neque enim ſimul ſtatui poſſunt
omnia. Datum in Synodo noſtra Di- 4
œceſana VVladiſlauienſi. XVI. KL. Aprilis. Anno à CHRISTO Deo ſeruatore noſtro nato, duodeſeptuageſimo ſupra Milleſimum & quingenteſimum.

CONSTITVTIONVM SYnodalium VVladiſlauienſium finis.

INDEX

INDEX VERBORVM ET RERVM LOCVPLETISSIMVS IN SYNODI VVLADISLAVIenſis Conſtitutiones.

Numerus hîc primus Partem, ſequẽs Titulum, tertius Paragraphum numeris marginalibus aſſignatum, indicat.

ABſolutio quibus non impendenda. 2 3 9
Abſtemij non ordinandi. 1 6 *in princ.*
Adminiſtratio Baptiſmi parte 2 *Tit.* 1 *per totum.*
Adminiſtratio Sacramentorum iuxta Agendarum præſcriptum facienda eſt, nec inde diſcedendum. 1 11 12.
Admonitio Epiſcopi ad populum. 3 5 26 *& ſequent.*
Aegroti, quibus extrema vnctio impartitur, quid admonendi. 2 4 1 *cum ſequent.*
Aegyptij Monachi dictum. 1 3 4.
Aequalitas in delictis vindicandis ſeruanda eſt 1 2 3.
Aetas, quæ ad ſingulos ſacros ordines per Concilium Tridentinum requiſita eſt. 1 5 1.

Affini-

Affinitatis & conſanguinitatis impedimenta à Cõcilio Tridentino petenda. 2 5 27.

Agendarum præſcriptum in adminiſtratione Sacramentorum ſequendum, & inde non diſcedendum. 1 11 12.

Alea Clerico interdicta. 3 1 11.

Alijs aliorum cauſa Deus ignoſcit 3 6 15.

Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. 1 3 4.

Ambroſius vt ſe erga peccata ſua ſibi confitẽtes geſſerit. 3 2 1.

Animam ſuam qui amant, perdent eam: qui verò perdiderint, in vitam æternam cuſtodient eam 1 7 8.

Animarum curam habentium officium. Parte 1 Tit. 11 per totum.

Animarum dies vſq; ad meridiem colitur 3 6 20.

Anniuerſarij accuratè ſeduloq; abſoluẽdi 1 2 11.

Apoſtatæ non ordinandi. 1 6 *in princ.*

Archidiaconorum munus eſt, fraternitatum Conſtitutiones examinare & emendare 3 8 4 *& ſeq.*

Archipresbyterorum ſiue Decanorum ruralium officium. 2 5 39 *& ſequen.*

Arma Clerico interdicta. 3 1 11.

Auaritiæ omnes, ſordes Clerico interdicta 3 1 11.

BAptiſmi adminiſtratio. Parte 2 Tit. 1 per totum.

Baptiſmi fons Parochis quemadmodum conſeruādus. 2 1 17.

Baptiſmum collaturus Parochus, ſciſcitari debet ab ijs, ad quos ea res pertinet, quos elegerint de ſacro fonte ſuſceptores, eorumq́ nomina, quos tantùm ad ſuſcipiendum admittere debet, & libro ſuo inſcribere. 2 1 2.

Baptiſando infantem, vnum duóſue ad ſummum ſuſceptores, iuxta Concilij Tridentini decretum adhibere licet, hoc eſt, vnum ſeu virum ſeu fœminam: aut duos, vnum virum & vnam mulierem. 2 1 *in prin. cum parag.* 1.

Baptiſando infanti vt plures aſtent, ſoli erunt veri patrini, quos Parochus libro ſuo baptiſmali inſcripſerit. 2 1 7.

Baptiſatum qui vltra deſignatos tetigerint cognationem, ſpiritalē non contrahunt. 2 1 3.

Baptiſati infantes, præter tutelares Angelos habent ſponſores ſuos ab eis vſque ad Sacramentum Chriſmatis ſeu Confirmationis inſtituendi, alijs poſtea tradendi ſuſceptoribus. 2 1 14.

Baptiſatorum & ſuſceptorum nomina in libro peculiari inſcribere Parochus debet, parentibus baptiſati adiūctis anno, menſe, die, adminiſtrati baptiſmi aſſcripto. 2 1 8.

Benedictio nuptialis à quo facienda. 2 5 11.

Benedicenda aqua, fructibus, frondibus, palmulis, herbis, cereis, cineribus & paſchalibus edulijs, ab Agendarum præſcripto Parochis non eſſe diſceden-

ſcedendum: populo admonito ne ijs abutatur. 2 6 4 & ſequen.

Benedicentium aliena Parochia coniugibus pœna. 2 5 12.

Beneuolentia & doctrina eſt ad rectè conſulendum neceſſaria. 1 2 5.

Blaſphemi Eccleſiaſticam ſepulturam habere prohibentur. 3 7 20.

Brachiū ſeculare quando implorandum. 3 6 19.

CAduco morbo vexati, non ordinandi. 1 6 in princ.

Canon de cognatione, quæ ex confirmatione contrahitur, populo diligenter inſinuari debet, ne quam ignorantiã prætendere poßit. 2 1 5.

Canõ vterq; in Mißa tacitè pnunciandus, reliqua vt poßint à populo audiri clarius. 2 2 2.

Canonicorum officium. Part. 1 Tit. 2 per totũ.

Canonici diſciplinam, quam tuendam ſuſceperunt, conſeruari debent atque tueri. 1 2 1.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis, & aliarum inferiorum poſt Epiſcopum ſunt primi. 1 2 in princ. & 2.

Canonici ad pietatem et vitam cum honeſtate tranſigendam, aliorum ſacerdotum eſſe debent duces. 1 2 12.

Canonici, vt poſt Epiſcopum cæteris ſacerdotibus præſtant: ita exemplo & doctrina prælucere eis debent. Ibidem.

Canonici Epiſcopo in rebus Eccleſiæ neceſſarijs adeſſe conſilio ſuo tenentur. 1 2 4.
Canonici in ſacris literis legibusq́; Canonicis, & publica Catholicæ Eccleſiæ praxi ſe diligenter exercere debent. 1 2 Ibidem.
Canonici iurium & immunitatum omnium ſunt cuſtodes. 2 6.
Canonici vt ſe in Choro gerere debent. 1 2 12.
Canonici eſſe debent hoc, quod dicuntur, id eſt, regulares. 1 2 13.
Canonici ad Eccleſias Collegiatas recipiendi, eadem obſeruare debent in fidei profeſſione facienda, quæ in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis dicuntur. 1 2 14.
Canonicis ad Epiſcopi opem & fidem confugiendũ eſt in difficilioribus. 1 2 7.
Canonicis prius quàm ad Eccleſiã Cathedralẽ recipiantur, tã corã Epiſcopo vel eius Vicario, quàm corã Capitulo profeſſio fidei facienda. 1 2 14.
Canonicorum intereſt, iura, priuilegia & libertates Eccleſiarũ totius Diœceſis tueri. 1 2 6.
Cantus & hymni reliquijs defunctorum condendis, cur additi ac inſtituti. 3 7 3.
Caſtè, ſobriè, pieq́; viuendum. 1 3 4.
Catechiſmus Romanus ſingulis diebus feſtis per partes à Parochis populo proponendus, & quare. 1 11 8.
Cathedralium Eccleſiarum collegia diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinendæ cauſa ſunt inſtituta. 1 1 1.

Catholicis libris in prædicando Dei verbo & ſacra ſcriptura explicanda vtendum, prohibitis & ſuſpectis abiectis. 1 11 1.
Cauſa aliorum Deus alijs ignoſcit. 3 6 15.
Chartarum ludus Clerico interdictus. 3 1 11.
Chori gubernãdi, quibus mandata ſint partes, officium. 1 3. in princ. & 1. & ſeq.
Chriſma. Par. 2. Tit. 6. per totum.
Chriſti gloria alijs ne detur. 3 6 16
Chriſto, vt capiti, honor debitus ne aliò tranſferatur. Ibidem.
Cibis ꝓhibitis ne quis per contẽptũ veſcatur. 3 5 33.
Clericorum vita & honeſtas. Par. 3. Tit. 1 per totũ.
Clerico omnes ſordes auaritiæ interdictæ. 3 1 11.
Clerici aſcititias vel ſubintroductas mulieres abijciant, nec vllas ad conuictum ſuum admittant, niſi ætate prouectas, vel genere propinquas, in quas nulla cadere poſſit ſuſpicio. 3 1 6.
Clerici ab vſuris abſtineant. 3 1 13 et ſeq.
Clericis quemadmodum domi viuendum. 3 1 4.
Clericis generaliter, quæ cogitanda, quæ item agenda. 1 3 5.
Clericis ebrietas fugienda. 3 1 5.
Clericos quales intrinſecus eſſe oporteat, & extrinſecus apparere, & de eorum veſtitu 3 1. in princ.
Clericos fornicarios pœna Cõc. Tridẽ. manet. 3 1 7.
Clericos à carne tentatis quid agendũ, quò reſiſtere tentationi poſſint. 3 1 8. & ſeq.

Cœmiteria ſicubi execrata vel nondum conſecrata fuerint, niſi priùs reconcilientur vel conſecrentur, per ea proceßiones fieri non debēt. 2 6 9.

Cœmiteria & ſepulturæ loca diligenter cuſtodienda. & quare. 3 7 21.

Cæremonia ſolennis tumulandis defunctorum corporibus adhibita, quoddam reſurrectionis noſtræ teſtimonium eſt. 3 7 4.

Cæremoniæ nullæ prætermitti debent, nam non carent ſuis myſterijs: & earum contemptus abſque graui peccato non eßet, caſu neceßitatis excepto. 1 11 12.

Cognatio ſpiritalis contrahitur inter ſuſceptores & baptiſatum ipſum, illiusq́ patrem & matrem, nec non inter baptiſantem & baptiſatum, baptiſatiq́ patrem & matrem. 2 1 1.

Cognatio ſpiritalis, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum illiusq́ patrem & matrem & tenentem non egreditur. 2 1 4.

Cognationis ſpiritalis, quæ confirmatione contrahitur, populo diligenter inſinuari debet, ne quā ignorantiam prætendere poßit. 2 1 5.

Cognationem ſpiritalem, qui vltra deſignatos baptiſatum tetigerint, non contrahunt. 2 1 3.

Collegia Cathedralium Eccleſiarum diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinēdæ cauſa ſunt inſtituta 1 2 1.

Cōmeßationes, quæ in primitijs ſeu nouis Mißis fieri ſolent, non carent offendiculo. 2 2 16.

commeſ-

Commeſſationes, ſaltationes, & ebrietates, omnis denique luxus in primitijs ſeu nouis Miſsis abeſſe debent. & quare 2 2 15.

Cōmunionē ſacrā vt frequētēt fideles, in ſuis cōcionibus ſubinde admonere Parochi debēt. 2 2 31.

Concione finita, Oratio Dominica, Salutatio Angelica, & Symbolum, clara voce à Parocho pronuntiari debent. 1 11 4.

Concionatores. Parte 3. Tit. 3. per totum.

Concionatores quatuor anni temporibus aduenientibus quibus ordinatio fieri ſolet, ex loco ſuperiore, ſi qui erunt ordines ſuſcepturi, denuntiare debent. 1 4 3.

Concionatores apud populum diuina legatione funguntur. 2 3 6.

Concionatores in docendo populo, quem modum tenere debeant, quibusq; eos vti, & quibus contra abſtinere oportet. 3 3 8 *cum ſequent.*

Concionatores in ſacrarum ſcripturarum allegatione, vulgata editione, & ſcriptorum Catholicorum ſeu veterum, ſeu recentiorum auctoritate vtantur. 3 3 15.

Concionatores vindicare ſanctos à contemptu, & in honorem debitū aſſerere debent. 3 3 16.

Concionatores in traditionibus diſcernēdis, eſſe cauti debent. 3 3 19.

Concionatorum vita conſentiens eſſe eorum doctrina, non autem refragari debet. 3 3 5 *& ſeq.*

Concionatorum quid interſit; quidq; eorum cura incumbat. 3 3 7.

Concionatoribus non modò hæreticorum alligatione, ſed lectione etiam eſt interdictũ. 3 3 16.

Cõcionatoribus traditiones, quæ ſunt non poſtrema Euangelij pars, non minus quàm ſacris ſcripturis niti debent. 3 3 18.

Confeßarij officium. Parte 3. Tit. 2. per totum.

Confeßarius, quam ſcientiam adhibere debet ad nodos conſcientiæ diſſoluendos. 3 2 4 et ſeq.

Cõfeßarij diligẽtia in cõfitentiũ cõtritióne ſeu attritiõe et peccatorũ circũſtãtijs cõſiderãdis. 3 2 6.

Confeßario qui caſus Pontifici Max. qui Ordinario ſint reſeruati, conſiderandũ & quædã alia. 3 2 6.

Cõfeßario Clericorũ cõfeßionẽ audituro, neceßaria eſt cognitio, caſuum quibus irregularitas contrahitur. 3 2 7.

Confeſſarium poteſtate præditum eſſe oportet, ſiue ordinaria, ſiue delegata. 3 2 3.

Confeſſarij qua mente eſſe debeant. 3 2 2.

Cõfeſſarij Epiſcopi tantũ audiãt fœneratorũ & iniquis cõtractib. operã dantiũ cõfeßiones. 3 2 16.

Confeßarijs directorium Reuerendi D. Polanei Societatis Ieſu commendatur. 3 2 7.

Cõfeßio generalis poſt finẽ cõcionis nunq̃ à Parochis prætermittẽda eſt, ſed ea recitãda præibũt populo, q eos, veluti duces, pnũciãdo ſubſequetur. 1 11 4.

Confeßio quorum non audienda. 2 3 10.

Cõfeßiones fœneratorũ et iniquis cõtractibus operã

dantiũ, Cõſeſſarij tantũ Epiſcopi audiãt. 3 2 16.
Confitentium examinatio 2 3 11.
Confitentium error. 2 3 15.
Confitentes ignari docendi. 2 3 12
Confirmatione facta, contrahitur cognatio ſpiritalis, confirmantẽ & confirmatũ, illiusq́; patrẽ & matrẽ, & tenentẽ non egreditur. 2 1 4.
Coniuges ante benedictionẽ ſacerdotalẽ in templo ſuſcipiendam, eadẽ in domo ne habitent. 2 5 11.
Coniuges futuros quid Parochi admonere debeant. 2 5 19. & ſeq
Cõiugib. alienæ Parochiæ benedicẽtiũ pœna. 2 5 12
Cõſanguinitatis & affinitatis impedimenta à Concilio Tridentino petenda. 2 5 27.
Conſilia ſine beneuolentia, manca ſunt atque imperfecta 1 2 5.
Conuentus opificum & aliorum ocioſorum hominũ diebus feſtis ceſſare debent. 3 6 18.
Conuiuia funeralia ſobria eſſe & moderata conuenit: & qui illis, & qui nõ adhibẽdi. 3 7 16.
Corporalia, pallæ, mappæ, purificatoria nitere debent, nec vllis eſſe ſordibus infecta. 2 2 14.
Corporalia & purificatoria per ipſummet Parochũ lauari debent: lotione autem per alias honeſtas perſonas abſoluta, nõ priùs admoueantur altari, quàm ſolita forma reconcilentur. Ibidem.
Cuias ſit ordinandus, quærendum. 1 5 1.
Curã animarũ habẽtiũ officiũ. Par. 1. Tit. 11. ꝑ totũ.
Cura Parochis, quæ incumbat. 1 11. in prin.

DEcalogi præcepta poſt abſolutam concionem in Aduentu præſertim et Quadrageſima cum confeſſione generali pronuntiari clara voce à Parocho debent. 1 11 4.
Decanorum ruralium & Archipresbyterorum officium. 2 5 39. et ſeq.
Deformes membrò aliquo notabili, non ordinandi. 1 6 .in prin.
Defuncti Eccleſiæ membra ſunt, & Spiritus ſancti domicilia. 3 7 1.
Defunctorum reliquijs condendis, cantus & hymni cur additi & inſtituti. 3 7 3.
Defunctorum corporibus tumulandis cæremonia ſolennis adhibita, quoddam reſurrectionis noſtræ teſtimonium eſt. 3 7 4.
Defunctorum condendis reliquijs, quæ cura Parochorum eſſe debet. 3 7 8 & ſeq.
Defunctorum reliquijs conditis, quod Parochorum officium ſit. 3 7 17.
Delictis in vindicādis æqualitas ſeruāda eſt. 1 2 3.
Denuntiationes tres publicæ, tribus continuis feſtis diebus inter Miſſarum ſolennia factæ, matrimonij contractum præcedere debent. 2 5 4.
Denuntiationes, quæ ex cauſa matrimonij contractum non præceſſerunt, ſubſequi ante illius conſumationem debent, & quare. 2 5 8.
Denuntiationes matrimoniorum contrahendorum ex cauſa non factæ, ne poſtea fiant, ordinarij arbitrio committitur. Ibidem.

Deus aliorum cauſa alijs ignoſcit. 3 6 15.
Dei donum, quod ſacerdotio annexum eſt, pecunia poßidere velle, nefas. 1 8 2.
Diaconus ante viceſimum tertium annum ordinari prohibetur. 1 5 1.
Dies feſti in Diœceſi VVladiſlauiẽ. colẽdi. 3 6 20.
Dies animarum vſque ad meridiẽ colitur. Ibidem.
Dierum feſtorum præcipua cauſa. 3 6 12.
Diebus feſtis Parochi ex Catechiſmo Romano aliquid populo proponant. 1 11 8.
Diebus feſtis quibus vacandum, & quibus abſtinendum. 3 8 17. et ſeq.
Directorium Reuerendißimi P. Polanei Societatis Ieſu Confeſſarijs commendatur. 3 2 7.
Diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinendæ cauſa Cathedralium Eccleſiarũ collegia ſunt inſtituta. 1 2 1.
Diſpenſare cum ægrotis de prohibitorum ciborum eſu Parochi poßunt. 3 5 34.
Doctrina eſt magis, quàm aurũ eligenda. 1 2 5.
Doctrina & beneuolentia eſt ad rectè conſulendum neceſſaria. Ibidem.
Doctrina & vita ordinandorum explorari debent. 1 5 .in princ.
Dominica Oratio, Salutatio Angelica, & Symbolum concione finita, clara voce, à Parocho pronunciari debent. 1 11 4.
Dominica Oratio & Sanctus, ſub ſilentio ne proferantur. & quare. 2 2 4.
Domus meritoriæ diebus feſtis claudendæ. 3 6 18.

Donum Dei, quod ſacerdotio annexum eſt, pecunia poſsidere velle, nefas. 1 8 2.

Ebrietas fugienda. 1 3 4.

Ebrietas Clericis fugienda. 3 1 5.

Ebrietate in diebus feſtis maximè abſtinēdū. 3 6 18.

Ebrietates, cōmeſſatiōes, ſaltationes, oīs deniq; luxus in primit. ſeu nouis Miſs. abeſſe debēt. et quare. 2 2 15.

Eccleſia poſitis ob oculos defunctorū corporibus, fideles veluti hortatur, vt nouiſsima recordētur 3 7 5.

Eccleſiarū Cathedraliū collegia diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinendæ cauſa, ſunt inſtituta. 1 2 1.

Eccleſiaſticas libertates tueri Canonicorum intereſt. 1 2 6.

Energumeni ab ordinibus arcendi. 1 6. in princ.

Epiſcopi ad fidē, opē, & auctoritatem Canonicis eſt confugiendum in difficilioribus. 1 2 7.

Epiſcopi ad populum admonitio. 3 5 26 et ſeq.

Epiſcopi iudicium in ordinandis ad patrimonium, requirendū eſt. 1 5 3.

Epiſcopi ſui facultatem non habens ab alio Epiſcopo Ordines ſuſcipere nemo audeat. Ibidem.

Epiſcopo in rebus Eccleſiæ neceſſarijs, canonici adeſſe conſilio ſuo tenentur. 1 2 4.

Epiſcopo caſus reſeruati. 3 2 12.

Epiſcopalis muneris maxima eſt pars prædicatio: eaq; neceſſaria. 3 3 in prin.

Error, cui non reſiſtitur, approbatur. 1 2 9.

Eucharistia et Miſſa. Parte 2. Tit. 2 per totum.

Euchariſtia in Miſsæ ſacrificio quēadmodū tractāda

et vt circa eā ſe gerere ſacerdos debet. 2 2 18. et ſeq.
Eucharistia conſecrata, quēadmodū, nec vltra dies quatuordecim aſſeruāda ſed hoſtijs prioribus cōſumptis, aliæ ſupponendæ recentes. 2 2 20.
Euchariſtia quēadmodū fidelib. porrigēda. 2 2 32
Euchariſtia in ſpecie vna integrum Chriſtum continet. 2 2 33.
Euchariſtia ad ægrotū quemadmodū ferenda, et ea ad ægrotū perlata, quid orandū. 2 2 35 et ſeq.
Euchariſtiæ ante ſacramentum vbi commodè fieri poteſt, vel ſaltem dum officia diuina celebrātur, lumen ſemper ardere debet, & quare. 2 2 21.
Euchariſtiæ adoratio. 2 2 22.
Euchariſtiæ circūgeſtationes ſolēnes quēadmodū facīēdæ, et quid p illas ſignificetur. 2 2 24. et ſeq.
Euchariſtiæ ſpecie vna ſine iuſta querela contēti debent eſſe laici. 2 2 34.
Euchariſtiam nemo, niſi probatus aſſumat: & quæ probandi ratio. 2 2 27.
Euchariſtiam ſumpturos, quid admonere Parochus debeat. 2 2 28. cum ſeq.
Examen cùm fit, ſi quid difficiliùs acciderit, id Epiſcopi, vel eius Vicarij iudicio determinādū. 1 6 1.
Examinatoris officiū quod ſit. Par. 1. Tit. 5. per totū.
Examinatores ne q̄d carni et ſanguini, amicitiæ, odio, vel gratiæ dēt, eorū cōſciētia onerātur. 1 7 7.
Excommunicati non ordinandi. 1 6 in princ.
Excōmunicati, interdicti, aut alij diſciplina eccleſiaſtica ſimiliter notati, ne Miſſæ ſacrificio adſint, cauere Parochi debēt. 2 2 8.
Excō-

Excommunicati ad Eccleſiaſticam ſepulturam non admittuntur. 3 7 20.
Excommunicationum, quæ reſeruantur Epiſcopo genera quinque. 3 2 13.
Extrema vnctio. Part. 2. Tit. 4. per totum.
Extrema vnctio quibus impartitur, quid admonendi. 2 4 1 cum ſeq.
Extrema vnctio ſecundum Agendarum præſcriptũ adminiſtranda. 2 4. in prin.
Extremæ vnctionis ſacramentum, non niſi de vita laborãtibus impartiendum. 2 4. in prin.
Extremæ vnctionis ſacramentum detrectantium error. 2 4 8.

Familiæ merces annua ſuis temporibus ſoluenda nec in mortis tempus reijcienda. 2 5 36.
Feſta. Parte 3 Tit. 6. per totum.
Feſta Sanctorũ celebrãtibus quid agendũ. 3 6 8.
Feſtus Aſſumptionis Beatæ Virginis dies religioſiſſimè obſeruandus. 3 6 5.
Feſti dies Beatæ Virginis præcipuum inter cæterorum Sanctorum feſta locũ obtinẽt. 3 6 4.
Feſti dies Apoſtolorum & aliorum Sanctorum diebus Beatæ Virginis feſtis ſunt proximi. 3 6 8.
Feſti dies in Diœceſi VVladiſlauiẽ. colẽdi. 3 6 20.
Feſtorum duo ſunt genera. 3 6. in princ.
Feſtorum dierum præcipuæ cauſæ. 3 6 12.
Feſtis diebus Parochi ex Catechiſmo Romano aliquid populo proponant. 1 11 8.

Feſtis diebus quibus vacandum & quibus abſtinendum. 3 6 17. et ſeq.
Fidei profeßionis forma. Part. 1. Tit 10. per totū.
Fidei profeßio Canonicis priùs, quàm ad Eccleſiam Cathedralem recipiantur, tam coram Epiſcopo, vel eius Vicario, quàm coram Capitulo facienda. 1 2 14.
Fœneratorū & iniquis contractibus operam dantium Confeßiones Confeßarij tantùm Epiſcopi audiant. 3 2 16.
Fons Baptiſmi Parochis quemadmodum conſeruãdus. 2 1 17.
Forma profeßionis fidei à Pio Papa quartò præſcripta, quæ ſit. Part. 1. Tit. 10. per totum.
Fraternitates. Par. 3. Tit. 8. per totum.
Fraternitates cur inſtitutæ. 3 8. in prin.
Fraternitates & in Eccleſia ſuas partes habent, & quas. 3 8 2.
Fraternitatum officium. 3 8 1.
Fraternitatum conſtitutiones examinare & emendare Archidiaconorū munus eſt. 3 8 4. et ſeq.
Funera Chriſtianorum priſcis temporibus magna religione curata 3 7. in prin.
Funeralia. Part. 3. Tit. 7. per totum.
Funeralia conuiuia ſobria eſſe & moderata conuenit, & qui illis, & qui nõ adhibendi 3 7 16.

GEneralis Confeßio poſt finem concionis nunquam à Parochis prætermittenda eſt: ſed ea recitanda

recitanda praibunt populo, qui eos veluti duces pronuntiando ſubſequetur. 1 11 4.
Gloria Chriſti aliјs ne detur. 3 6 16.
Gubernandi chori, quibus mandandi ſint partes, officium. 1 3 in prin. & 1. et ſeq.

HAereſis vel modica labes ab ordinis ſuſceptione ſubmouet. 1 6 in prin.
Hæretici ad Eccleſiaſticam ſepulturam non admittuntur. 3 7 20.
Hæreticorum commentariј ad audientium ſubuerſionem conſcripti. 3 3 17.
Honor Chriſto, vt capiti, debitus ne alio tranſferatur. 3 6 16.
Honeſtas clericorum. Part. 3. Tit. 1. per totum.
Honeſtæ recreationes clerico permiſſæ. 3 1 11.
Honeſtis laboribus incubendum. 1 3 4.

IEiunia. Parte 3. Tit. 5. per totum.
Ieiunium commendatur Annæ Prophetiſſæ, & Chriſti exemplo. 3 5 1. & 2.
Ieiunium vt fructuoſum ſit, quid facere oporteat. 3 5 18.
Ieiuniј exempla varia. 3 5 3 cum ſequen.
Ieiuniј vis atque effectus. 3 5 8.
Ieiuniј ſuſcipiendi triplex cauſa. 3 5 19. cum ſequent.
Ieiunio & oratione, non alia re quoddam Dæmoniorum genus eјcitur. 3 5 7.

Ieiunia

Ieiunia quæ ſeruanda. 3 5 *in princ.*
Ieiunia quorum damnantur. 3 5 *16 et ſeq.*
Ieiunia in Diœceſi VVladiſlauienſi obſeruanda. 3 5 *28 cum ſeq.*
Ieiunijs vindicta de peccatis ſumitur. 3 5 24.
Ieiunare qui per tenuiorem valetudinem non poteſt, ei ad Epiſcopum aut eius Vicarium, ad Parochum denique ſuum confugiendum eſt. 3 5 32.
Ignoſcit Deus alijs aliorum cauſa. 3 6 15.
Immunitatum omnium & iurium Canonici ſunt cuſtodes. 1 2 6.
Impedimenta ordinandorum. Parte 1. Titulo 6. per totum.
Impedimenta conſanguinitatis & affinitatis à concilio Tridentino petenda: 2 5 27.
Impœnitentes Eccleſiaſtica ſepultura carere debent. 3 7 20.
Infames ab ordinibus arcendi. 1 6 *in princ.*
Infantes baptiſati, præter tutelares angelos habẽt Sponſores ſuos ab eis vſque ad Sacramentũ chriſmatis ſeu Confirmationis inſtituendi, alijs poſteà tradendi ſuſceptoribus. 2 1 14.
Infantes cùm exorciſantur, nihil temerè faciendũ, ſed grauiter & religiosè omnia. 1 11 15.
Infideles ad Eccleſiaſticam ſepulturam non admittuntur. 3 7 20.
Initiãdi ſacris vno mẽſe ante ordinationẽ deſideriũ ſuũ Parocho, ſub quo degũt, explicare debẽt. 1 4 1.

Initiandi

Initiandi ſacris, aduenientibus quatuor anni temporibus, feria quarta in loco ordinationis apud præfectos examinis ſiſtere ſe debent. 1 4 3.

Initiandi ſacris, quorum teſtimonium habere debent, vt promoueri poßint. 1 4 4.

Initiandorum ſacris nomina, Parochus denuntiare populo & ab eo teſtimoniũ petere debet, & Epiſcopum vel Suffraganeum tota de re certiorem facere. 1 4 1.

Inſtitutio ſeu prouiſio. Parte 1. Tit. 7 per totum.

Inſtitutio de beneficio curato, cùm facienda eſt, quæ explorari debeant. 1 7. in prin.

Inſtitutio de beneficio ſiue curato, ſiue non curato facienda non eſt, niſi priùs ſe inſtitui volens, in Epiſcopi vel eius vicarij manibus iuramentũ præſtiterit, ſe à Simoniæ vitio liberum & immunem eſſe. 1 8 1.

Inſtituendæ iuuentutis ratio vnde petẽda. 3 4 12.

Inſtituendi ad Parochias accuratè examinari debent. 1 5 4.

Inſtituendi ad beneficia curam animarum habentia, ea debent eſſe mente, vt non quærant quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. 1 7 2.

Inſtituẽdis ad beneficium curatum ante manus impoſitionem, quæ proponi debeant. 1 7 5.

Inſtitui ad beneficium, præſertim curatũ, niſi per Epiſcopum, vel ab eo deputatos diligẽter probatos, nemo debet. 1 7 6.

Inſtitui ſe ad beneficium curatum volenti manum

num citò nemini imponendam. 1 7 in prin.
Interdicti, excommunicati aut alij diſciplina Eccleſiaſtica ſimiliter notati, ne Miſſæ ſacrificio adſint, cauere Parochi debent. 2 2 8.
Interdicti eccleſiaſtica ſepultura carere debẽt. 3 7 20
Inuentariũ auctius Parochi decedentes, conditione Eccleſiæ meliore facta, relinquere tenẽtur. 2 5 34.
Inuentarium rerum ſuarum, Parochi in ipſo ad eccleſias ſuas ingreſſu præſentibus teſtibus conſcribere debent, & quare. 2 5 35.
Iuriſiurandi ob Simoniæ ſuſpicionem dandi forma. Parte 1 Titulo 9 per totum.
Iuuentutis inſtituendæ ratio vnde petenda. 3 4 12.

LAboribus honeſtis incubendum. 1 3 4.
Legata defunctorũ fideliter exequenda. 3 7 18.
Lex non perſonas attendit, ſed perſonarum facta. 1 2 3.
Libri, de quibus iudicium difficilè vel dubium erit, Epiſcopo vel eius Vicario præſentari debẽt. 1 11 2.
Libris Catholicis in prædicando Dei verbo & ſacra ſcriptura explicanda vtendum prohibitis & ſuſpectis abiectis. 1 11 1.
Libros niſi probatos & à viris Catholicis latino vel populari ſermone conſcriptos, ſine excõmunicationis pœna habere non licet. 1 11 2.
Literarũ ignari & rudes non ordinandi 1 6 in prin.
Literis ſacris inuigilandum. 1 3 4.
Ludus taxillorum, chartarum, aleæ, talorum ac

teſſerarum, arma, venatus, tabernæ, mercaturæ, & omnes auaritiæ ſordes Clerico interdictæ: honeſtis recreationibus, modo abſit in ludo pecuniæ pactio, permiſsis. 3 1 11.
Luxus omnis in primitijs ſeu nouis Miſsis abeſſe debet, & quare. 2 2 15.

*M*Aledictus eſt, qui facit opus Dei negligenter. 1 2 8.
Mappæ, pallæ, corporalia, purificatoria nitere debēt, nec vllis eſſe ſordibus infecta. 2 2 14.
Marci Euangeliſtæ feſtum vſque ad meridiem celebre. 3 6 20.
Martyrum memoria cur celebretur. 3 6 12.
Matrimonium. Parte 2. tit. 5. per totum.
Matrimonium denuntiatione vna tantùm præcedente poteſt ex cauſa contrahi. 2 5 7.
Matrimonium Parocho & duobus vel tribus teſtibus præſentibus nulla facta denuntiatione, poteſt ex cauſa contrahi. Ibidem.
Matrimonium præſente Parocho vel alio ſacerdote, de ipſius vel ordinarij licẽtia, & duobus vel tribus teſtibus nõ contractũ, irritũ & nullũ. 2 5 9.
Matrimonium contrahentes ſine Parocho vel ſacerdote & iuſto teſtium numero arbitrio ordinarij puniantur. 2 5 10.
Matrimoniũ contracturi triduo ante eius cõſumationẽ confeſsi, Euchariſtiã ſumant. 2 5 14.
Matrimonium contracturos, quid Parochi admonere

nere debeant. 2 5 19 & ſeq.

Matrimonium poſt tres denuntiationes factas, nullo impedimento obiecto cõtrahendum. 2 5 5.

Matrimonij contractum tres publicæ denuntiationes tribus continuis feſtis diebus inter Miſſarum ſolennia factæ præcedere debent. 2 5 4.

Matrimonij contractum, quem denuntiationes ex cauſa non præceſſerunt, ſubſequi ante illius conſumationem debent, & quare. 2 5 8.

Matrimonij contrahendi forma. 2 5 6.

Matrimonij ſolennitas à prima Dominica Aduentus vſque ad feſtum Epiphaniæ incluſiuè. & à feria quarta Cinerũ ad octauam Paſchæ incluſiuè, lege Canonica celebrari prohibetur. 2 5 30.

Matrimonio alienos Parochianos, ſine Parochi licẽtia copulantium pœna. 2 5 12.

Matrimonio homines rudiores, niſi Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum & Decalogum didicerint, non eſſe copulandos. 2 5 29.

Matrimonio vagi & nullam certam ſedem habentes, qua cautione copulandi. 2 5 24.

Matrimonio ignotos vel Errones, vel ex non ſua Parochia abſque ſuorum Parochorum licentia nemo copulet. 2 5 23.

Matrimonijs contrahendis laudabiles conſuetudines quarumcunque prouinciarum & cæremonias rectè adhiberi. 2 5 15.

Mẽbro aliquo notabili, deformes nõ ordinãdi. 1 6. in prin.

Memoria martyrum cur celebretur. 3 6 12.
Memoria ſanctorum prodeſt hominibus. 3 6 14.
Mercatura Clerico interdicta. 3 1 11.
Merces annua familiæ ſuis temporibus ſoluenda, nec in tempus mortis reijcienda. 3 5 36.
Meritoriæ domus diebus feſtis claudendæ. 3 6 18.
Minores natu, quàm Sacrum Concilium Tridentinum & Canones exigunt, non ordinandi. 1 6. *in princ.*
Miſſa Par. 2. Tit. 2. à prin vſq; ad parag. 17.
Miſſa cùm habetur, Canon vterq; tacitè pronunciandus: reliqua vt poßint à populo audiri, clarius. 2 2 2.
Miſſa quid ſit, quæ myſteria cõtineat, quis ex ea fructus ad auditores redundet, docendi per occaſionem fideles. 1 11 5.
Miſſa cur in Eccleſia frequentetur, & quid inter eã audiendam meditari conueniat, docendi ſunt fideles. 1 11 6.
Miſſæ ad ſacrificium accedentes, Parochos quã cogitatiõe eſſe oportet, & meditatiõe. 2 2. *in prin.*
Miſſæ ſummi ac tremendi myſterij contemptus vndè vulgò natus. 1 11 7.
Miſſæ, quibus ꝑ reb. celebrari prohibeantur. 2 2 13.
Miſſarum ſacrificium in Eccleſijs tantùm vel capellis Diuinæ rei dicatis, fieri debet et poteſt. In priuatis autem cuiuſquã ædibus nequaquã. 2 2 6.
Monachi Aegyptij dictum 1 3 4.
Morbo caduco laborantes, nõ ordinãdi. 1 6. *in prin.*

Mortem

Mortem qui ſibi conſciuerunt, ſepultura eccleſiaſtica carere debent . 3 7 20.
Mos, quo villani cum ſigno Chriſti crucifixi vel Reſurgentis campos & ſegetes poti oberrant abolendus. 2 6 10.
Mos ſponſi poſt initum matrimonium pugnis pulſandi tollendus. 2 5 26.
Mulieres aſciticias vel ſubintroductas Clerici abijciant, nec vllas ad conuictum ſuum admittant, niſi ætate prouectas, vel genere propinquas, in quas nulla cadere poſſit ſuſpicio. 3 1 6.
Mundities in Miſſæ ſacrificio ſeruanda. 2 2 14.

NATV minores, quàm Sacrum Cōcilium Tridentinum & Canones exigunt, non ordinandi. 1 6. in prin.
Nomina ſacris initiandorum, Parochus denunciare populo, & ab eo teſtimoniū petere debet, & Epiſcopum vel Suffraganeum tota de re certiorem facere. 1 4 1
Notabili aliquo membro deformes non ordinandi. 1 6. in prin.
Nundinationes præ templorum foribus in Cœmiterijsúe fieri prohibendæ. 2 5 38.
Nuptialis benedictio à quo facienda. 2 5 11.
Nuptiæ à dominica Rogationum ad feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis incluſiuè in Diœceſi VVladiſlauienſi ne celebrentur. 2. 5 31.
Nuptiæ. vide Matrimonium.

n 3 Occultis

Occultis pro peccatis ſecreta, pro manifeſtis publica, iniungenda eſt pœnitentia. 3 2 15.
Officium Canonicorum. Parte 1. Tit. 2. per totum.
Officium examinatoris. Parte 1. Tit. 5. per totum.
Officium Parochorum. Parte 1. Tit. 11. per totum.
Officium generaliter curam animarum habentiũ. Ibidem.
Officium Archipresbyterorum ſiue Decanorum ruralium. 2 5 39.
Officium Sodalitatum ſeu fraternitatum. 3 8 1.
Officium Confeſſarij. Parte 3. tit. 2. per totum.
Officio ſuo ſacerdotes omnes, cuiuſcunque ſint gradus attendere debent: & miniſterium ſuum diligenter implere. 1 3 in prin.
Officia diuina cùm celebrãtur, in tabernis ne quicquam vendatur. 2 5 38.
Omnia ſimul ſtatui non poſſunt. 3 9 4.
Operarij in vineam Domini mittendi quales eſſe debent. 1 4 in prin.
Oratio Dominica & Sanctus, ſub ſilentio ne proferantur, & quare. 2 2 4.
Oratio Dominica, Salutatio Angelica & Symbolum, concione finita clara voce à Parocho pronuntiari debent. 1 11 4.
Orationes Sanctorum, qui in cœlo ſunt, quàm qui in terra, plus valent. 3 6 13.
Ordinatio cùm fieri debet, quid obſeruandum. 1 4. in princ.
Ordinandi. Parte 1. tit. 4. per totum.

Ordinandus cuias ſit quærendum. 1 5 1.
Ordinandi, qui ad ſacros ordines, qui ad Sacerdotium præſertim promouendi ſunt, quàm probatiſſimi eſſe debent. 1 4 in prin.
Ordinandi, aduenientibus quatuor anni temporibus, feria quarta in loco ordinationis apud præfectos examinis ſe ſiſtere debent. 1 4 3.
Ordinandi ad ſacros ordines, quorum teſtimonium habere debent, vt promoueri poſſint. 1 4 4
Ordinãdis quæ impedimenta. Par. 1. Tit. 6. per totũ.
Ordinandorum doctrina & vita explorari debent. 1 5 in prin.
Ordinandorum animus explorandus., & quo conſilio ad ordines promoueri volunt. 1 5 3.
Ordinari ignari literarum & rudes non debent. 1 6 in prin.
Ordinari ad patrimonium nemo debet ſine Epiſcopi ſui iudicio. 1 5 3.
Ordines ad quem titulum petantur videndum. nã ne quis ad ſacerdotium admittatur, niſi beneficiũ habeat pacificum, cautum eſt. 1 5 2.
Ordines ſine Epiſcopi ſui facultate ab alio Epiſcopo ſuſcipere nemo audeat. 1 5 3.
Organa deuotioni, non aurium voluptati inſeruire debẽt, aut aliq̃d loco ſacro indignũ reſonare. 2 2 5.
Otiũ tanq̃ fomẽtũ vitiorũ omniũ deuitandũ. 1 3 4.

Pallæ, mappæ, corporalia, purificatoria nitere debent, nec vllis eſſe ſordibus infecta 2 2 14.
Panis in Miſſæ ſacrificio qualis adhibẽdus, et qualis nõ, & quare. 2 2 11.

Parochus ſacris initiandorum nomina denuntiare populo, & ab eo teſtimonium petere debet, & Epiſcopum vel Suffraganeum tota de re certiorem facere. 1 4 1.

Parochus Baptiſmo collato quam cognationem ſuſceptores contraxerint, ne ignorantia ſe vlla excuſare poßint, indicare eis debet. 2 1 2.

Parochus Baptiſmum collaturus ſciſcitari debet ab ijs, ad quos ea res pertinet, quos elegerint de ſacro fonte ſuſceptores, eorumq́; nomina, quos tantùm ad ſuſcipiendum admittere debet, & libro ſuo inſcribere. Ibidem.

Parochus quilibet librum peculiarem ad ſcribenda baptiſatorum & ſuſceptorum nomina habere debet, & diligenter aßeruare. 2 1 8.

Parochus ſi quid vel culpa vel negligentia cõtra adminiſtrandi baptiſmi præſcriptum deliquerit, arbitrio ordinarij puniatur. 2 1 3.

Parochus qui matrimonio contrahendo duobus tribúſue teſtibus non adhibitis interfuerit, arbitrio ordinarij puniendus. 2 5 10.

Parochus librum in quo coniugum & teſtium nomina, diem & locum contracti matrimonij deſcribat, diligenter cuſtoditum habeat. 2 5 13.

Parochus ex ira vel odio, vel ob negata Parochiæ iura, aut prouentus non repræſentatos, Sacramanta ne deneget: illis adminiſtratis ſuum ius perſecuturus. 2 5 37.

Parocho ſub quo ſacris initiandi degunt, vno menſe ante

ante ordinationem deſiderium ſuum explicare debent. 1 4 1.

Parochi futuri vitam ſic moderari velle debent; vt proſint ſibiipſis, & alijs odor ſint vitæ in vitam. 1 7 2.

Parochi futuri non ad delitias, quietem, commoda, ſed ad opus, laborem, curam, ad pericula deniq; ſe vocari ſciant. 1 7 3.

Parochi priùs, quàm populo Sacramenta imparti-ant, eorum vim & vſum pro captu fidelium exponere debent, & quare. 1 11 10.

Parochi patrinos, ſponſores ſeu ſuſceptores in baptiſmo officij ſui admonere debent. 2 1 10.

Parochi in omnibus Chriſti Domini ſolennitatibus prouidere debent, vt Chriſti beneficia populo ſint quàm notiſſima. 3 6 1.

Parochi à prandio pueros & familiam domeſticã ad templum euocare, & in Chriſtianæ fidei primis rudimentis inſtituere debent. 1 11 9.

Parochi ne Miſsæ ſacrificio excommunicati, interdicti, aliiúe, quos inde diſciplina Eccleſiaſtica ſubmouẽdos cenſuit adſint; cauere debẽt. 2 2 8.

Parochi morem illum, quo villani cum ſigno Chriſti crucifixi, aut reſurgentis, campos & ſegetes poti oberrant, exterminandũ curent. 2 6 10.

Parochi poſt Euchariſtiæ & extremæ vnctionis Sacramenta exhibita, vſque ad extremum morientibus adeſſe debent, & quare. 2 4 6. & ſeq.

Parochi ſanctos proponere debēt fidelibus imitandos. 3 6 10.
Parochi aut alij Sacerdotes cum mulieribus eodem carpento ne vehantur. 3 1 12.
Parochi curare debent, ne quid ex eorum negligentia detrimenti accipiat Eccleſia. 2 5 32.
Parochi profeſſione Eccleſiarum ſuarum mox addita, conficere rerum Eccleſiaſticarum inuentaria duo debēt, quorū exemplū vnum Vitricis & prouiſoribus Eccleſiæ dent ſeruādū, altero ſibi retēto, ſuo periculo ſi id neglexerīt facturis. 2 5 33.
Parochi decedentes auctius inuentariū conditione Eccleſiæ mœliore facta relinquere tenētur. 2 5 34
Parochi vindicare ſanctos à contemptu, & in honorem debitum aſſerere debent. 3 6 16.
Parochi in ipſo ad Eccleſias ſuas ingreſſu inuētariū ſuarum rerū præſentibus teſtibus conſcribere debent, & quare. 2 5 35.
Parochi cum ægrotis de probibitorū ciborum eſu diſpenſare poſſunt. 3 5 34.
Parochi in Sanctiſſimæ Trinitatis die, quid docere populum debeant. 3 6 2.
Parochorum officium. Parte 1. Tit. 11 per totum.
Parochis quæ cura incumbat. 1 11. in prin.
Parochos fortes eſſe oportet, & omnia pro Chriſti nomine & populi ſalute cōſtanter perferre. 1 7 3.
Parochos ad Miſſæ ſacrificium accedentes, qua cogitatione eſſe oportet & meditatione. 2 2. in prin.
Parochis fons baptiſmi quemadmodum conſeruādus 2 1 17.

Paſtor

Paſtor præcedat oues, eas nominatim vocet, bonis paſcat paſcuis, puram proponat eis doctrinam, ab errore & hæreſi auertat. 1.11 in prin.
Paſtoris viua vox plurimùm valet: & altius in hominum mentibus figit radices. Ibidem.
Paſtores Eccleſiarum pro ouibus ſuis exemplo Chriſti animam ſuam ponere debent. 1 7 4.
Patria ordinandi, quæ ſit quærendum. 1 5 1.
Patrimonium habens ad illud ordinari non poteſt, niſi accedente Epiſcopi ſui iudicio. 1 5 3.
Patrini ſeu ſponſores in baptiſmo qui admittendi. 2 1 9.
Patrini ſponſores ſeu ſuſceptores in baptiſmo officij ſui per Parochos admonendi. 2 1 10.
Patrini ijs, quos ad baptiſmi fontem tenuerunt, in hæreſim lapſis Mitriæ viri pij & Catholici exemplo vtantur. 2 1 12.
Paulus nos hortatur, vt exhibeamus nos vt Dei miniſtros in vigilijs & ieiunijs. 3 5 6.
Pauli vitæ ratione et conuerſationis diligentia quilibet Chriſtianus eſſe poteſt. 3 6 11.
Peccata manere impunita non debent. 1 2 3.
Peccatum ſeruitus eſt omnium longè grauiſſima. 3 6 18.
Pecunia donum Dei ſacerdotio annexum poſſidere velle nefas. 1 8 2.
Piè, caſtè, ſobrieq́; viuendum. 1 3 4.
Pœna in his cõſtitutionibus aduerſus trãgreſſores nominatim nõ adiecta quæ infligẽda. 3 9. in prin.

Pœna

Pœna. Parte 3 Tit. 9. per totum.
Pœnæ arbitrariæ Epiſcopo reſeruatæ. 3 9 2.
Pœnarum moderatio ſiue augmentum penes Epiſcopum eſt. 3 9 1.
Pœnitentia. Parte 2 Tit. 3 per totum.
Pœnitētia eſt veluti ſecunda naufragij tabula, quare ad eam confugiendum. 3 2 in prin.
Pœnitentia pro peccatis occultis ſecreta, pro manifeſtis publica eſt iniungēda. 3 2 15.
Pœnitentiæ doctrina à Parochis populo tradenda. 2 3 1.
Pœnitentiæ doctrina vnde Parochis petēda. 2 3 4.
Pœnitentiæ Sacramento vt populus crebrò vtatur, monere Parochi debent. 2 3 5.
Pœnitentiæ in Sacramento peccatorum diſcrimen conſiderare Parochi debent. 2 3 6 et ſeq.
Pœnitentiæ de Sacramento per Aduentum & Quadrageſimam Parochi crebros habere debent ſermones, & quales, & quare. 2 3 13. cum ſeq.
Pœnitèntem quid facere oporteat. 2 3 2.
Pontifici Max. caſus reſeruati vnde petēdi. 3 2 10.
Populus ſæpe ex Sacerdotum dignitate Sacramentorum dignitatem metitur. 1 6 3.
Prandio ſumpto, Parochi pueros & familiam domeſticā ad templum euocare, & in Chriſtianæ fidei primis rudimētis inſtituere debēt. 1. 11. 9.
Præcepta Decalogi poſt abſolutam concionem in Aduētu præſertim & Quadrageſima, cū Cōfeſſione generali pronūtiari clara voce à Parocho debent 1 11 4.

præce-

Præceptoris vita magnum adfert auditoribus momentum. 3 4 11.

Prædicatio maxima eſt pars muneris epiſcopalis eaq; neceſſaria. 3 3 in prin.

Preces Sanctorum, qui in cœlo ſunt, quàm qui in terra, plus valent. 3 6 13.

Presbyter ante viceſimum quintum annum promoueri non poteſt. 1 5 1.

Presbyteri ſodalitates ſuas quemadmodum adminiſtrare debeant. 3 8 8 vſque ad finē.

Primitiæ ſeu nouæ Miſſæ cùm cantantur, commeſſationes, ſaltationes, ebrietates, omnis denique luxus abeſſe debet, & quare. 2 2 15.

Primitias ſeu nouas Miſſas cantantium intempeſtiuæ de menſis inſtruendis conuiuijsq; apparādis cogitationes 2 2 16.

Primitias & nouas Miſſas cantaturos, quid meminiſſe oporteat. 2 2 17

Primitijs cantatis, quid nouos Sacerdotes facere æquum eſt. 2 2 15. verſ. quin hoc.

Proceſſiones per Cœmiteria execrata vel non conſecrata fieri prohibentur, niſi priùs reconcilientur vel conſecrentur. 2 6 9.

Profeßio fidei Canonicis priùs, quàm ad Eccleſiā Cathedralem recipiantur, tam coram Epiſcopo vel eius Vicario, quàm coram Capitulo facienda. 1 2 14.

Profeßionis fidei forma. Parte 1. Tit. 10. per totum.

Prouideri de beneficio præſertim curato, niſi per Epiſcopum vel ab eo deputatos, diligenter probatus nemo debet. 1 7 6.

Prouiſio ſeu inſtitutio. parte 1. Tit. 7. per totum.

Prouiſio de beneficio ſiue curato ſiue non curato, priùs quilibet fidei Catholicæ profeſsionem facere debet, iuxta formam à Pio Papa quarto præſcriptam. 1 10 in prin.

Prouiſio de beneficio curato, cùm facienda eſt, quæ explorari debeant. 1 7 in prin.

Prouiſio de beneficio curato cui faciẽda eſt, quæ ante manus impoſitionem proponi debent. 1 7 5.

Prouiſio de beneficio ſiue curato ſiue nõ curato faciẽda nõ eſt, niſi priùs ſibi ꝓuideri volẽs, in Epiſcopi vel eius Vicarij manibus iuramentũ præſtiterit ſeà Simoniæ vitio liberũ et immunẽ eſſe. 1 8 1.

Pſallendi munus obtinentium officium. 1 3. in princ. & 1 & ſeq.

Purificatoria, pallæ, mappæ, corporalia nitere debent, nec vllis eſſe ſordibus infecta. 2 2 14.

Purificatoria & corporalia per ipſummet Parochũ lauari debent. Lotione autem per alias honeſtas perſonas abſoluta, non priùs admoueantur altari, quàm ſoluta forma reconcilientur. Ibidem.

Recipi ad Eccleſiam Cathedralem Canonicus non debet, niſi facta priùs fidei profeſsione tam coram Epiſcopo vel eius Vicario, quàm in Capitulo. 1 2 14.

Recreatio-

Recreationes honeſtæ Clerico permiſſæ. 3 1 11.
Reliquijs defunctorum conditis, quod Parochorum officium ſit. 3 7 17.
Romanus Catechiſmus ſingulis diebus feſtis per partes à Parochis populo proponendus, & quare. 1 11 8.

SAcerdotem mendicare, vel ſacrificio venali vti fas non eſt. 1 5 2
Sacerdotes omnes, cuiuſcunque ſint gradus, officia ſua attendere debent, & miniſterium ſuum diligenter implere. 1 3 in prin.
Sacerdotes cum mulieribus eodē carpento ne vehantur. 3 1 12.
Sacerdotum ex dignitate ſacramentorum dignitatem populus ſæpe metitur. 1 6 3.
Sacerdotij munus præſtantiſſimum. 1 6 2.
Sacerdotij in ordinem cùm qui cooptandi ſunt, cura maxima in his deligendis adhiberi debet. Ibidem.
Sacra cùm cantantur eorum, quæ voce clariore cani conſueuerunt, nihil prætermittatur. 2 2 3.
Sacramentum extremæ vnctionis non niſi de vita laborantibus impartiendum 2 4. in prin.
Sacramenta populo priùs, quàm Parochi impartiant, eorum vim & vſum pro captu fidelium exponere debent & quare. 1 11 10.
SACRAMENTA ſunt amanda veluti præſentiſſima

tiſſima pharmaca,& eis crebrò vtēdū. I II II.
Sacramenta adminiſtraturi qualiter id facere, quod parant, et quales eſſe debeāt. I. I. 13 et ſeq.
Sacramenta Parochus ex ira vel odio, vel ob negata Parochiæ iura aut prouentus non repræſentatos, ne deneget, illis adminiſtratis ſuum ius perſecuturus. 2 5 37.
Sacramentorum in adminiſtratione Agendarum præſcriptum ſequendum, & inde non diſcedendum. I II 12.
Sacrificium Miſſarum in Eccleſiis tantùm vel Capellis diuinæ rei dicatis fieri debet & poteſt: in priuatis autem cuiuſquam ædibus nequaquam. 2 2 6.
Sacris literis inuigilandum. 1 3 4.
Sacris initiandorum nomina Parochus denuntiare populo, & ab eo teſtimonium petere debet, & Epiſcopum vel Suffraganeum tota de re certiorem facere. I 4 I.
Sacris initiandi, vno menſe ante ordinationem deſiderium ſuum Parocho, ſub quo degunt, explicare debent. Ibidem.
Sacris initiandi aduenientibus quatuor anni temporibus, feria quarta in loco ordinationis apud præfectos examinis ſe ſiſtere debent. 1 4 3.
Sacris initiandi, quorum teſtimonium habere debent, vt promoueri poſſint. 1 4 4.
Saltationes, commeſſationes, ebrietates, omnis denique luxus, in primitijs ſeu nouis Miſſis abeſſe

eſſe debent, & quare. 2 2 15.

Saltationes diebus feſtis ne fiant. 3 6 18.

Salutatio Angelica cum Oratione Dominica & Symbolo, finita concione à Parocho clara voce pronuntiari debet. 1 11 4.

Sanctus & Dominica Oratio ſub ſilentio ne proferantur, & quare. 2 2 4.

Sancti vnde commendandi. 1 6 9.

Sanctorum memoria prodeſt hominibus. 3 6 14.

Sanctorum, qui in cœlo ſunt, quàm qui in terra, preces plus valent. 3 6 13.

Scholæ. Parte 3. Tit. 4. per totum.

Scholæ præfici nemo debet, niſi Epiſcopi vel Officialis eius iudicio probatus, & facta fidei profeſſione, & quare. 3 4 5.

Scholarum cura Parochialium, rectori Eccleſiarum incumbit. 3 4 15.

Scholaſtici Eccleſiæ officium. 3 4 5.

Schiſmatici ad Eccleſiaſticam ſepulturam non admittuntur. 3 7 20.

Scriptores, qui pueris prælegi prohibentur, & quare. 3 4 9 & ſeq.

Seculare brachium quando implorandũ. 3 6 19.

Sepulturæ. Parte 3. Tit. 7. per totum.

Sepultura Chriſtiana quibus denegãda. 3 7 20

Sepulturæ loca & Cœmiteria diligenter cuſtodienda, & quare. 3 7 21

Sepulturæ nomine nihil exigendum. 3 7 19.

Seruitus omniũ lõgè grauiſſima eſt peccatũ. 3 6 18.

Simoniæ vitio quemadmodum occurratur. Parte 1. Tit. 8. per totum.
Simoniæ ob ſuſpicionem, quæ forma iuramenti. Parte 1 Tit. 9. per totum.
Simoniæ vitium, quorum exemplo Clericis eſſe terribile debet. 1 8 2.
Simoniæ vitio nullum tetrius eſſe poteſt. 1 8 4.
Simoniaci non ordinandi. 1 6 in prin.
Simoniaci quibus pœnis plectantur. 1 8 3.
Sobriè, caſtè, pieq́ vivendum. 1 3 4.
Sodalitates Parte 3. Tit. 8 per totum.
Sodalitates cur inſtitutæ. 3 8 in prin.
Sodalitates & in Eccleſia ſuas partes habent, & quas. 3 8 2.
Sodalitates ſuas presbyteri quemadmodum adminiſtrare debent. 3 8 8 vſque ad fin.
Sodalitatum officium. 3 8 1.
Sodalium nobilium & diuitum in fraternitatibus in humiliores et pauperes officium. 3 8 6.
Sodalium in fraternitatibus, quod eſſe commune propoſitum debet. 3 8 7.
Spiritalis cognatio contrahitur inter ſuſceptores & baptiſatum ipſum, illiusq́ patrem & matrē: nec non inter baptiſantem & baptiſatum, baptiſatiq́ patrem & matrem. 2 1 1.
Spiritalis cognatio, quæ ex confirmatione cōtrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusq́ patrem & matrem, & tenentem non egreditur. 2 1 4.

Spirita-

Spiritalis cognationis, quæ confirmatione contrahitur, populo diligenter inſinuari debet, ne quam ignorantiam prætendere poſſit. 2 1 5.

Spiritalem cognationem, qui vltra deſignatos baptiſatum tetigerint, non contrahunt. 2 1 3.

Sponſores ijs, pro quibus apud baptiſmi fontem ſpoſponderunt in hæreſim lapſis, Mitriæ viri pij & Catholici exemplo vtantur. 2 1 12.

Sponſores patrini ſeu ſuſceptores in baptiſmo officij ſui per Parochos admonẽdi. 2 1 10.

Sponſores ſeu patrini in baptiſmo qui admittendi. 2 1 9.

Spurij non ordinandi. 1 6 in prin.

Statui ſimul omnia non poſſunt. 3 9 4.

Subdiaconus ante annum viceſimum ſecundum ordinari vetatur. 1 5 1.

Supplicationibus ſolennibus indictis, vt illis frequentes interſint, monendi fideles, & vt Deum precibus fatigent. 2 6 8.

Suſceptores baptiſatorum, qui admittendi. 2 1 9.

Suſceptores infantium in baptiſmo, ijs, quos ſuſceperunt in hæreſim lapſis, Mitriæ viri pij & Catholici exemplo vtantur. 2 1 12.

Suſceptorum & baptiſatorum nomina in libro peculiari inſcribere Parochus debet, parentibus baptiſati adiunctis anno, menſe, die, adminiſtrati baptiſmi aſſcripto. 2 1 8.

Symbolum cum Oratione Dominica & ſalutatione

Angelica, finita concione à Parocho clara voce pronuntiari debet. 1 11 4.

Symbolum integrum canendum, nec vnquam decurtandũ, vtpote noſtræ fidei profeſſionẽ. 2 2 3.

TAberna Clerico interdicta. 3 1 11.

Taberna diebus feſtis claudenda. 3 6 18.

Talorum ludus Clerico interdictus. 3 1 11.

Taxillorum ludus Clerico interdictus. Ibidem.

Teſſerarum ludus Clerico interdictus. Ibidem.

Teſtes, qui ſine Parocho vel Sacerdote matrimonij cõtractui interfuerint, arbitrio Ordinarij puniendi. 2 5 10.

Tonſuram ferre Clerici ne prætermittant. 3 1 1.

Tonſuræ Clericalis varia ſignificatio. 3 1 1 et ſeq.

Traditiones, quales ſint, diſcernere concionatores debent. 3 3 19.

Traditionum doctrina vnde petenda. 3 3 21.

Traditionibus, quæ ſunt non poſtrema Euangelij pars, Concionatores non minùs, quàm ſacris ſcripturis niti debent. 3 3 18.

Trucidati ob ſcelus, Eccleſiaſtica ſepultura carere debent. 3 7 20.

VAgi & nullam certam ſedem habentes, qua cautione matrimonij copulandi. 2 5 24.

Venatio Clerico interdicta. 3 1 11.

Vicarij & alij inferioris ordinis Clerici. Parte 1. Tit. 3. per totum.

Vinum

Vinum quale in Miſſæ ſacrificio adhibendũ. 2 2 10.
Vinum ad Miſſæ *ſacrificium quale non adhibendum, quo adhibito idololatriæ crimen contrahitur.* 2 2 9.
Vita Chriſtianorum mortis meditatio, & moriendi doctrina. 3 7 14.
Vita & doctrina ordinandorum explorari debent. 1 5 in prin.
Vita Clericorum. Parte 3. Tit. 1. per totum.
Vita Concionatorum conſentiens eſſe eorum doctrinæ, non autem refragari debet. 3 3 5. & ſeq.
Vitio Simoniæ quemadmodum occurratur. Par. 1. Tit. 8. per totum.
Vnctio extrema. Parte 2. Tit. 4. per totum.
Vnctio extrema quibus impartitur, quid admonendi. 2 4 1 cum ſeq.
Vnctio extrema ſecundum Agendarum præſcriptũ adminiſtranda. 2 4 in prin.
Vnctionis extremæ ſacramentum, non niſi de vita laborantibus impartiendum. 2 4 in prin.
Vnctionis extremæ ſacramentum detrectantium error. 2 4 8.
Vox paſtoris viua plurimùm valet, & altiùs in hominum mentibus figit radices. 1 11 in prin.
Vſuris abſtinere Clerici debent. 3 1 13.
Vſurarij Eccleſiaſt. ſepultura carere debẽt. 3 7 20.
Vſurarum graue crimen. 3 1 13 & ſeq.

FINIS INDICIS.

ADMONITIONES QVINQVE CIRCA SACRAMENTORVM ADMINISTRATIONEM FACIENDAE, AVCTORE REVERENDISSIMO D. *Stanislao Carncouio, Epiſcopo VVladislauienſi.*

EZECHIELIS XXX. ET XXXIII.

Fili hominis, Speculatorem dedi te domui Iſrael, et audies de ore meo voluntatem, et annunciabis eis ex me: Si dicente me ad impiũ, Morte morieris, non annunciaueris ei, vt auertatur à via ſua impia et viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.

I. PETRI V.

Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundum Deum: neq; turpis lucri cauſa, ſed voluntariè: neq; vt dominantès in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilem coronam gloriæ.

ACTVVM XX.

Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

COLONIAE *Apud Maternum Cholinum.*
Anno M. D. LXXII.
Cum gratia & priuilegio Cæſariæ maieſt.

PRIMA

Admonitio circa baptiſmi Sacramentum facienda.

SECVNDA

Admonitio circa pœnitentiæ Sacramentum, & confeſsionem peccatorum facienda.

TERTIA

Admonitio circa perceptionem ſacroſanctæ Euchariſtiæ facienda.

QVARTA

Admonitio circa Sacramentum extremæ vnctionis facienda.

QVINTA

Admonitio eorum, qui ſuſcepturi ſunt Sacramentum matrimonij.

Stanis-

STANISLAVS CARNKOVVSKI VVLADISLAVIENSIS ET POMERANIAE EPIſcopus, Parochis, & Sacerdotibus, Diocœſis noſtræ, Salutem in Domino.

CVrauimus non ita pridem conſcribi materna gentis noſtræ lingua admonitiones Sacramentales, & eas typis excuſſas, peruulgari: quo ſic & ſacerdotibus Diocœſis noſtræ proſpectum, & Sacri Concilij Tridentini mandato eſſet per nos ſatisfactum. Quas cùm probarent viri quidam pij & docti, (imprimis verò Martinus Cromerus, quē nuper Sereniſsimus Rex noſter, vſus prudentiſsimo conſilio, Illuſtriſsimo & eidem doctiſsimo viro, STANISLAO HOSIO Cardinali VVarmienſi, in illius Epiſcopatu collegam & adiutorem eſſe voluit) ijdem etiam illi authores fuerunt nobis, edendi eaſdem admonitiones Latina lingua vt ne ſolius Diocœſis noſtræ, vel huius prouinciæ tantum finibus claude-

rentur, ſed ad eorum etiam qui ſermonis noſtri ſunt expertes, cognitionem venirent. Quorum nos ſententiam non grauatim ſequuti, curauimus priores illas noſtras extendi, auctioresque reddi, & publicis typis in publicum emitti. Vtriſquis autem edendis, idem prorſus à nobis ſpectatum eſt. Prioribus illis ſuccinctis, voluimus conſultum Parochis imperitioribus: has verò fuſiores, legent hi & ſequentur, qui ferre poſſunt ſolidũ cibũ, quique maiori ſunt rerũ gerendarum intelligentia præditi Vidimus autem & illas, quas Cromerus noſter pio ſtudio nuper ædidit, & eas ſacerdotibus Diocœſis noſtræ commendatas eſſe volumus. Neque tamen propterea noſtras ſupprimendas nobis eſſe putauimus. Deligant ſibi ex omnibus Parochi, quas voluerint, & earum præſcriptum ſequantur. Atque vtinam hi, lucubratiunculis iſtis adiuti, maiori cura deinceps, maioreque populorum cõmodo, in obeundum ſuũ munus incumbant. Quod ſi videremus factum, nihil eſſet in rebus iucundis, quod poſſet nobis

bis in hac vita noſtra maiorem volupta tem afferre. Si quem igitur ſacerdotes noſtri, & alij quicunque legentes, ex his laboribus noſtris fructū ceperint, erit quod DEO, cuius id ſolius beneficium eſt, gratias agant. Nos ab omnibus hoc vnum poſtulamus, vt nos vnà cum ouili noſtræ fidei credito, diligenter Deo commendent, preceſque ſuas pro nobis ad eum fundere nunquam intermittant.

(.·.)

Antequam autem ad baptiſmi adminiſtrationem accedent, hac præmonitione quæ ſequitur, ad populum adſtantem vti poterint.

ADMONITIO CIRCA BAPTISMI SACRAMENtum per ſacerdotem facienda.

QVandoquidem fratres chariſſimi, Chriſtiana charitate impulſi, hunc in locum veniſtis, vt corâm intueamini, præcipuum hoc diuinæ miſericordiæ ſignum, & primum eiuſdem gratiæ ac benignitatis gradum, quem is pro bonitate ſua ineffabili, homini lapſo impartiuit: vt inquam intueamini, quo pacto hic Adami filius, ſit recipiendus per Baptiſmi Sacramentum in fidelium communionem, vt iam Dei filius, Chriſti frater, ciuis & hæres regni cœlorum eſſe queat: Hortor vos in Domino, vt poſthabitis vanis cogitationibus & colloquijs omnibus, quibus poſsint animi veſtri diſtrahi, & à tantæ rei cõſideratione ſuſpendi; perpendatis ipſi vobiſcum diligenter, quanta ſit hæc Dei charitas, & pluſquam paterna benignitas, quam pro magna ſua miſericordia declarauit antea nobis õmnibus per baptiſmum, & nunc per gratiam ſuam huic infantulo declarare dignatur.

Attẽti ſint, qui adſtant baptizãdo.

No-

Noſtis è ſcriptura ſacra, vel ſaltem audiſtis, quòd ob noſtrorum primorum parentum culpam, vitam adhuc in paradiſo voluptatis degentium, omnes homines, qui vnquam ex voluntate carnis, hoc eſt de viro, deq; fœmina in lucem prodierunt, prodeunt & poſtea ſunt prodituri, iam ab ipſo matris vtero, originali peccato infecti, & fœdè turpiterque inquinati, merito ſuo facti ſunt iræ diuinæ obnoxij, damnationis æternæ filij: odioſi & inuiſi Deo, ſathanæque poteſtati ſubiecti; nec eis patet ex ipſorum natura vllus ad regnum cœleſte poſsidendum, & ad æternam ſalutem conſequendam aditus. Cæterum huic tam profundo malorum pelago, conſilio quodã imperſcrutabili prouidit ſumma dei benignitas, mittens filium ſuum chariſsimum, & eum vnigenitũ in mundum, vt genus humanum ad imaginem ſuam conditum, è poteſtate ſathanæ ereptum, in libertatem aſſereret: vtque ſaluaret omnes, qui erãt alioqui ſuo ipſorum vitio, æternæ damnationi addicti, morteque ſempiterna morituri.

Originalis peccati grauitas.

Ioan. 1.

Ephe. 2. Rom. 3. 5. 1. Cor. 15.

Cur in mũdũ Chriſtus venerit.

Gal. 4.

Ioan. 3. Matth. 18. Luc. 9.

Cur inſtitutum ſacramentum baptiſmi. Ioan. 3. HVius igitur ſalutis noſtræ cauſa, Baptiſmi ſacramentum per eum ipſum filium ſuum inſtituit, promittens vniuerſæ carni verbo ſuo ineffabili, quòd omnes hoc ſacramento initiati (abſit dolus & fictio) iã deinceps ex Dei ſolius miſericordia, & ex gratia ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI, cuius tunc efficiuntur membra, & ei adhærent veluti vero viuoque ſuo capiti, reddantur deinceps ab omnibus peccatis, quantumuis multis & magnis, & ab ęterna morte prorſus liberi, quodque liberati ex ſathanę laqueis & è faucibus illius erepti, ius accipiant filiorum Dei, & fiant Dei quidem hæredes, Chriſti verò cohæredes in regno cœlorum. Gal. 3. Tit. 3. Iacob. 2. 1. Petri 3.

Dei promiſſio de baptiſmo. EST autem non obſcura, imo clariſſima, & eadem certiſsima Chriſti promiſsio: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: quã & propoſuit Iudæis Petrus dicens: Baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionẽ peccatorum veſtrorũ, & accipietis donũ Spiritus ſancti. Vobis enĩ eſt promiſsio & filijs veſtris, & omnib. qui lõgè ſunt, quoſcunq; aduocauerit Dñs deus Marci 16. Acto. 2.

veſter

veſter. Quibus verbis, non modò baptizandos eſſe docuit, qui Chriſto nomen eſſent daturi, verumetiam baptiſmi fructum expreſsit. Mandauit autem CHRISTVS diſcipulis ſuis, vt euntes in mundum vniuerſum, prædicarent euangelium, & baptizarent omnes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Quod illi præſtiterunt ſanè diligenter. Nam docuerunt & baptizarunt, nec vllo ſunt vſi vel perſonarum, vel ſexus, vel ætatis delectu, ſed baptizabant promiſcuè omnes credentes in nomine Domini. Indicare hoc videtur ſcriptura cùm dicit, quòd Petrus baptizauit Cornelium cum cognatis & neceſſarijs eius. Quodque Paulus baptizauit cuſtodem carceris, apud quem tenebatur vinctus, cum tota domo ipſius: tum & Lydiæ purpurariæ & Stephanæ domum: nec non ex Corinthijs nō paucos, in ædibus Criſpi: Baptizauit & Philippus Samaritanos nullo prorſus delectu. nec dubium eſt idem feciſſe & alios apoſtolos diſcipulosque domini. Neque enim erant neſcij, quantum eſſet in eo Sacramento poſitum. Nouerant id eſſe fidei Chriſtianæ

Marci vltimo.

Apoſtolorū munus in mundo.

Baptiſmus ad omnes pertinet.

Acto. 10.

Acto. 15.

1. Cor. 1.

Acto. 18.

Acto. 8.

Neceſſitas baptiſmi.

baſim & fundamentum; eſſe ianuam ad vitam, & portam ad immortalis dei domum: eſſe tam neceſſarium, vt abſque eo poſſet ſaluari nemo: eſſe poſtremò præſentiſsimum pharmacum eorum animæ morborum, qui Adæ peccatis, iuſto dei iudicio quaſi hæreditario iure, deſcenderunt in omne genus humanum.

Baptiſmi facilitas. Matth. 3. Marci 1. Lu. 4. Ioan. 3. Hoc igitur præſentiſsimum & apprimè neceſsarium ſacri baptiſmatis remedium, ſaluator noſter, in aqua pura nobis parare inſtituereque dignatus eſt: cui ſpiritum etiam ſanctum ſuũ adhibet, declarãs modo viſibili potentiam ſuam inuiſibilem, maximeque omnibus ſtupendam & admirandam, vt nos aſpicientes carnalibus oculis, cùm abluuntur aqua infantum corpora, apprehenderemus oculis fidei vim illam admirabilem ſpiritus ſancti, qua eos intus mundat & ſanctificat in anima, vt efficiantur ſpiritualis domus Dei, templum ſpiritus ſancti, & purum ſacratiſsimæ Trinitatis habitaculum. Nam cùm foris infans aqua abluitur, tum credendum eſt, ſpiritum ſanctũ mundare intus eius animã,

Aqua baptiſmi lauat animum.

mo-

modo quodam imperſcrutabili, & vir- tute diuina: nec non veſtire eandem ſua gratia, veluti veſtimento ſalutis & iuſtitiæ, atque ita renouare interiorem hominem, vt qui antea fuerat Adami filius, iam tum fiat Dei filius; & vetuſtate prioris hominis depoſita, incipiat nouam vitam viuere, ſecundum imaginem eius, qui creauit eum; non iam peccator, ſed iuſtus; non mancipium ſathanæ, ſed libertus Dei; non iræ, ſed gratiæ filius, & regni cœlorum hæres. Quæ omnia, efficiuntur Spiritus ſancti virtute: gratia verò & miſericordia dei, ac domini noſtri Ieſu Chriſti.

In baptiſmo confertur vitæ nouitas.

Colo. 3.

Quamobrem, magnam in animis ſuis conſolationem & voluptatem quandam admirabilem homines Chriſtiani ſentiant neceſſe eſt, cùm audiunt ſe in nomine ſanctiſsimæ Trinitatis baptizatos eſſe; debentque certiſsimè credere, nec humana id virtute, nec Angelica factum eſſe, verùm ſummi præpotentiſque dei manu. Eius inquam Dei, qui trinus in perſonis, vnius eſſentiæ, vnius & eiuſdem eſt poteſtatis, patris, filij, & ſpiritus ſancti. Indicat hoc apertè ſcriptura, & ex-

Cõſolatio ex recordatione baptiſmi.

Matth. & Marc. vlti.

& expreſſum Dei verbum, quando com memorat, mandaſſe Dominũ apoſtolis ſuis, vt baptizarent omnes in nomine, (non autem in nominibus) patris, filij, & ſpiritus ſancti.

Fructus Baptiſmi. PER hunc itaque Deum transferimur in baptiſmo, ex peccato ad iuſtitiam, ex ira ad gratiam, ex damnatione ad ſalutem, de morte ad vitam ſempiternam. Quinimò efficimur filij Dei, eique nos mancipamus, cum anima & corpore; vt iam ſimus deinceps non poteſtatis noſtræ, verùm illius cuius etiã corpus ſumus, caro de carne, & membra de membro. Nam tum recipit nos Deus in fidem & tutelam ſuam, nihil vt deinceps in nos ſathan iuris habeat, vt ne peccatum nos poſsideat, vel æterna mors occupet: ſed ipſemet deus, vnus, viuus, æternus, verus, & omnipotens, ſit Deus, dominus, pater, patronus, benefactor & defenſor noſter, qui nos ab omnibus inimicis noſtris, & ab æterna morte liberatos, in regnum ſuum cœleſte, regnũ filij dilectionis ſuæ tranferat.

Ephe. 5.

Cor. 12.

Colo. 1.

Singulare Chriſti beneficiũ in baptiſmo. MAgna ſunt hæc certè, imo ſumma & ineffabilia Dei beneficia, quæ

com

communicantur nobiſcum per ſacri baptiſmatis ſuſceptionem. Quis enim vidit hæc vnquam? aut quis audiuit talia? Vermem potiùs hominis, quàm ipſum hominem, ex tanta miſeria ad tãtam gloriam, ex terra ad cœlos cœlorum, ex immis ad ſumma prouehi? Quamobrem, non modò admirari nos ac ſtupere oportet, ad tãtam poteſtatem diuinam, verùmetiã gratos & benememores eſſe, tam excellentis eius gratiæ, beneficiumque hoc illius agnoſcere, & ei ſemper ac vbique gratias agere, quòd pro miſericordia ſua, cuius non eſt numerus, nos perditos quærere, & inuentos pijs humeris ad caulas Eccleſiæ reportare, regniq́ue cœlorum hæreditate honeſtare dignatus eſt. Neceſſaria Chriſti beneficiorũ memoria. Matth. 18. Lucæ 19.

AD hanc verò gratiam retinendam, ac magis etiam in nobis augendam, Chriſtianam pietatem, & caſtum honeſtumque vitæ modum adferamus oportet, exhibentes nos tanquam ex mortuis viuentes, & membra noſtra arma iuſtitiæ Deo. Cùm enim tot bonis aucti, tantisq; beneficijs in baptiſmo ſimus cumulati, qua tandem venia digni cenſebimur, ſi loti, denuò ad volutabrũ luti, vti ſues Baptiſatis neceſſaria eſt vitæ honeſtas. Rom. 6. 2. Pet. 2.

immun-

immundi redeamus, vel ſi vomitum no-
ſtrũ vti canes obſcæni (quod abſit) repe-
Deuter. 26 tamus? Laui pedes meos, inquit ſcriptu-
ra, quomodo iterum inquinabo eos? Ex-
Luc. 9. poliaui me tunica mea, quomodo indu-
ar illa? Nõ ſunt apti regno dei, qui miſſa
Gene. 19. manu ad aratrum reſpiciunt retro. Re-
Luce 17. ſpexit vxor Loth ad Sodomam, reſpexit
ad illud fœdum peccatorum domiciliũ,
& ſtatim hominis formam amiſit. Hoc
exemplum documento ſit nobis, quomo
Quomodo do poſt accepta tot & tãta beneficia, nos
poſt baptiſ- erga deum largitorem eorum affectos
mum viuẽ- eſſe oporteat, ne fortè, vt Petrus inquit,
dum ſit. obliuio nos capiat purgationis veterum
noſtrorum delictorum. Aequum eſt e-
1. Pet. 2. nim, vt non amplius carni, non ſathanæ,
non mundo, non peccato ſeruiamus; ſed
1. Cor. 6. 7 ei ſoli, qui emit nos ſibi precio magno,
2. Cor. 11. & cui virgines caſtæ vni viro deſponſi
ſumus. Hoc eſt quod ait Paulus: Quicun
Rom 6. que baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in
Colo. 3. morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti
enim ſumus cum illo per baptiſmum in
mortem: quaſi dicat, Qui mortuus eſt &
ſepultus, nõ peccat amplius. Ergo ſicut
mortuus eſt Chriſtus propter nos, ita &
nos

nos peccato mori debemus propter Chriſtũ: & quẽadmodũ ille reſurrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos per illius miſericordiam à peccatis reſurgere, & in vitæ nouitatẽ ambulare oportet. Exuto veteri, nouus eſt homo induendus

Monet itaq; apoſtolus, vt exuẽtes veterem hominẽ cum actibus ſuis, quẽ Iudas carnalẽ & maculatã tunicam appellat, induamus nouũ, qui ſecũdũ deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, vt iã non nudi, ſed ſuperueſtiti inueniamur: vt expurgato veteri fermento, noua ſimus conſperſio: deponentesq; opera tenebrarũ, arma lucis induamur, & vt filij lucis ambulemus. Neque verò non expreſsit, idẽ nobis huius ſpiritualis indumẽti fructũ, cùm ad Galatas ſcribens, Quicunque, inquit, in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis; oẽs igitur ſic veſtiti, et Chriſtũ, id eſt, vitæ nouitatẽ induti, reddũtur ſpirituales filij Abrahæ, promiſsionũ ſpẽ habentes, dilecti Deo, & regni cœlorũ hæredes, cuius certiſsimum pignus acceperunt in vno ſpiritu baptizati, vno ſpiritu potati, in vnam ſpem viuã vocati, glorioſæ reſurrectionis & incorruptibilis hæreditatis.

Ephe. 4. Colo. 3. 2 Cor. 5. 1 Cor. 5. Rom. 13. Ephe 5. Fructus ſpiritualis indumenti. Gala. 3. Ephe. 2. 1. Corin. 12

Incẽdũtur homines beneficijs ad amãdũ Deum.

HOrum omnium ſi quotidie fuerimus memores, fieri non poteſt, quin commoueamur tantis dei beneficijs. Nec ſolùm commoueamur, ſed modo quodam admirabili, in eius amorem, à quo ea ſunt ad nos profecta, rapiamur; tantaque erga benefactorem hunc noſtrum charitate inflãmemur, nulla vt ſit res in mundo, quæ nos ab illius amore dimouere queat. Iam ſordeſcent omnia nobis, quæcunque orbis hic vniuerſus

Philip.3.

communi nomine bona appellat, eruntq́; nobis ipſis etiam purgamentis viliora.

Seruiendũ eſt Deo, ſemper, & ſathanæ reſiſtendum.

Noſtrum verò ſtudium hac vna in re verſabitur omne, vt authori tantorum bonorum Deo, ſeruiamus in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus noſtris, calcãtes profligatum illum, & iam toties victum ac

Luc.1.

proſtratum ſathanam generis noſtri hoſtem, & nullam cum eo ſocietatem, nullam cõmunionem habentes. (Nam quæ

1.Cor.6.

participatio iuſtitiæ cum iniquitate? quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial?) Sed vitæ noſtræ curſum traducentes in Dei laudibus, viuamus perpetuò in vitæ nouitate, non

Rom.6.

ſecùs ac filij lucis, ac membra Chriſti, com-

complantati ſimilitudini mortis eius, cóſcripti in libro vitæ, & vocati ad gloriā æternam. Quam nobis concedat per miſericordiam ſuam Deus trinus & vnus, pater, filius, & ſpiritus ſanctus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Luc. 10.

QVOD SI TEMPVS SVFFECERIT, POTERIT SACERdos explicare populo huius Sacramenti Ceremonias.

QVandoquidem complures in baptiſmo ceremonias adhibemus, tam ab apoſtolis qui Chriſtum in carne docentem ſunt ſecuti, quàm ex Eccleſiæ præcepto, quæ columna & firmamentum eſt veritatis, nobis traditas: Volumus fratres chariſsimi (quoad eius breuiſsimè fieri poterit) nudam & ſuccinctam de illis rationem vobis reddere: vt omnes ſcire poſsitis, non modò quid agatur nunc cum hoc infante, quē coram oculis veſtris cernitis, verùm etiā quid olim cum ipſis vobis, quando baptiſmo initiabamini, actum fuerit. Ceremoniarū fontes. 1. Tim. 3.

Principio, nequaquam patimur infantem in templum inferri, ſed eum iubemus aliquandiu præ foribus ſtare. Significantes, eum ex natura ſua procul eſſe à DEO, & ab illius gratia valdè remotum, nec habere vllam cum electis eius communionem, & cum Eccleſia Dei, cuius nondum factus eſt membrum. Quare cogitur pro foribus templi hoc per ſuſceptores ſiue patrinos ſuos operam dare, quò poſsit in templum & Sanctæ matris Eccleſiæ gremium recipi. Suſceptores autem, ſiue patrini, baptizandis infantibus adhibentur, quaſi teſtes & ſponſores, qui pro eis petant, ad rogata reſpondeant, & promittant. Pertinebit autem ad eos, admonere diligenter puerum, cùm id per ætatem fieri poterit, tam baptiſmi ſuſcepti, quàm profeſſæ in baptiſmo fidei: ſimul prouidere, vt in eius elemētis catholicè inſtituatur, adulti verò per ſe ipſos petēt & profitebuntur.

Statio præ foribus. Cyrill. Cate. 4. Myſtago.

Patrinorū munus.

Cùm aūt ſuſceptores nomen dederint baptizando, quo palam faciunt, velle ſe, vt puer in communionē Chriſtianorum, & in fideliū deo dilectorū ſocietate vitā degat

Nominis impoſitio.

degat

degat vocationi ſuæ conſentaneam:tum afflat eum ſacerdos, & ſathanam verbis horrendis increpat, iubens vt actutū ab eo diſcedat, ac vero viuentique deo, nec non ſpiritui ſancto, det locum. Neq; enī hic priùs hoſpes eius erit, aut ſuam in eo manſionē ordietur, quàm ſpiritus ille nequam, & fidelium hoſtis capitalis, foras eiectus fuerit, quem ſecum gratia Dei ferre non poteſt. Quomodo enim lux et tenebræ, ſalus & interitus, vita & mors, ſimul eſſe poſſunt?

Chryſ. ho 30. in Matthæ. Orig. li. 7 cōt. Celsū Aug. epiſt 105. & li. de ſymb. ca 1. & li. cōtra Pela ca. 40. Exorciſm 2. Cor. 6

Signaculum crucis in frōte & in pectore baptiſandi

Signat poſteà baptiſandum ſacerdos in fronte & in pectore ſanctæ crucis ſigno (quandoquidem ſpiritus ille malus in cruce victus eſt per Chriſtum, omniq; virtute ſua ſpoliatus) vt cùm in ipſo victoriæ de ſe partæ tā illuſtrem notam dederit, ſciat certo certiùs, quòd is iam è ſua manu ereptus, in tutela ſit, & in poteſtate victoris, quodq; fraus ſua & dolus veteratorius nihil deinceps poteſt ei non permittente deo, vel damni afferre in anima, vel periculi creare in corpore. Debet etiam puer vbi adoleuerit, hac ipſa nota crebrò repetenda, in memoriam eius venire, quod eſt iam ex eo tempore

Amb. li. 4 de his qui initiantur

Vſus ſigni crucis.

re Chriſti Domini, cuius geſtat inſigne, miles factus, quodque illi ſoli ſpiritualia ſtipendia facere, ſoli ſeruire, & ſolum agnoſcere tenetur, DEVM, Dominum, benefactoremque ſuum. Quin etiam debet ſemper eius victoriæ meminiſſe, eam prædicare, nec pudefieri crucis & mortis Chriſti, per quam ſalus ipſi, & alijs parta eſt omnibus.

Salis impoſitio. Ezec. 16. Rom. 10. Colo. 4.

Imponit poſtea Sacerdos ori infantis ſal benedictum, quo ſignificat, quòd per DEI gratiam ab omni putore vitiorum mundatus, tenetur fidei doctrinã, ſicut corde credit ad iuſtitiam, ita ore cõfiteri ad ſalutem, & omni vita ſua ſale ſapientiæ ſalutaris condita, cauere ſedulò, ne vitioſarum affectionum, & peccatorum ſordibus computreſcens, aut ipſe DEVM blaſphemet vitio ſuo, aut alijs det occaſionẽ blaſphemandi. Non enim abs re monet Apoſtolus: Sermo veſter ſit ſale condîtus. & Chriſtus: Habete inquit ſal in vobis: vultque idem vt omnis homo quaſi victima ſpiritualis ſale ſaliatur.

Colo. 4. Marc. 9.

Euangelij lectio.

Legitur poſtea euangelium de paruulis, quo indicatur, velle hoc DEVM opti-

optimum maximum. & vnigenitum filium eius Ieſum Chriſtum, vt admittantur ad ipſum paruuli, vtque illis ſit receptus in gratiam: quos etiam non fruſtrà ad ſe venire iubebat, non fruſtrà cō plectebatur, non fruſtrà ſuis apoſtolis in exemplum proponebat.

Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10.

Cum autem orationem dominicam ſacerdos vnà cum patrinis preſsiùs recitando abſoluerit, ſimul cum fidei ſymbolo, tunc aperit vtramque aurem, & nares baptizanti modico ſputo illinens, idque Chriſti exemplo: quò deinceps aures illius ſemper pateant audiendo Dei verbo, vtque odoratus illius promptus ſit ac paratus ad rerum cœleſtium apprehenſionem.

Sputi linitio.

Amb. li. 1. ca. 1. de hi qui initiantur.

Infertur deinde infans in templum, et ad baptiſteriū ſiſtitur, vbi per ſuſceptores ſuos abrenunciat ſathanæ, pompis, et omnibus operibus eius. Quæ ſane abrenunciatio admonere debet infantem, vt per omne vitæ ſuæ tempus, cum perdito illo ſathana, cui nuncium remiſit, & quem palàm negauit, nihil iam prorſus rei habeat, ſed ei fortis in fide reſiſtens, eius tela omnia ignea, indutus armaturā

Abrenunciatio.

Clem. Ro. li. 7. ca. 4. Cyril. 1. Cathe. Myſta. Tertul. de Coro. Auguſt. epi. ad Bonif.

1. Pet. 5.

Dei, extinguere ſatagat. Quod faciet, ſi peccata, quæ illius iacula ſunt, ſedulò vi-
Ephe.6. tauerit, & deo ſoli adhæſerit, eiusque vo-
luntatem implere ſtuduerit.

Fidei promiſſio. Mox clara profeſsione ſymboli, ad interrogata articulatim per ſe vel ſuſcep-
tores reſpondens, Deo patri, filio, & ſpi-
Quid ea ſignificet. ritui ſancto ſe addicit, & ad Eccleſiam e-
ius ſeſe aggregat, & promiſſa eius accep-
tat. Ea verò profeſsio, veluti munimen-
tum eſſe debet, vt fidem Catholicam,
quam eſt multis teſtibus profeſſus in bap-
Matth.19 tiſmo, perpetuò integram, ſaluam, & illi-
Acto.9. batam ſeruet, eamque corã regibus, prin-
cipibus, & vbicunq; res poſtulauerit, cõ-
fiteri nõ erubeſcat quoad vixerit: nec ſibi
à quoquã perſuaderi ſinat, putétue ab ea
vel vnguem latum ſibi vnquam diſceden-
dũ eſſe: alioqui pfidiæ reus ceſebitur. Et
melius ei erat nõ cognoſcere viãiuſtitię,
2.Pet.2. quã poſt cognitã retrorsũ cõuerti, ab eo
quod illi traditũ eſt ſancto mandato.

Vnctio ſacro oleo. Vngit poſtea ſacerdos infanté ſacro
oleo in ſcapulis & pectore, indicans parti-
cipé eſſe factũ illius fructiferę oleæ Chri-
Cathe. my- ſti Ieſu. Cũ eñ oleaſter eſſet, inſertus eſt
in bonã oliuã, & ſocius radicis oliuæ fa-
ctus

ctus eſt. Oleũ verò teſte Cyril. ſymbolũ
eſt pinguedinis Chriſti nobiſcũ cõmuni Dion. ii.1.
catæ, & ꝙ omne veſtigiũ diabolicè ope- Eccl. Hier.
rationis deletũ eſt in nobis. Eſt aũt hæc ip ca 5. Cõc. Laod. ca. 18
ſa vnctio, eius rei certiſsimũ ſignũ, quod Amb. de ijs
infãs ſic vnctus, iam ex eo tẽpore athleta qui initiantur.
Chriſti efficitur, quodq; per gratiã S. ſan Cyp. li. 1. epiſt. 2.
cti, & per ſcapularũ ſuarũ laborẽ, hoc eſt,
per vitã laborioſã, certare debet aſsiduè
cũ aduerſario. Ad militiã enim & pugnã
vocatur, nõ ad otiũ & deſidiã. Quãobrem Iob. 7.
debet ſicut Chriſti bonus miles, certare 1. Tim. 1.
bonũ certamen, & ſuã ipſius ſalutẽ obſer
uãdis dei mãdatis, accuratè diligenterq; 1. Tim. 6. 2. Tim. 2. 4
curare.

Deinde perfundit ſacerdos infantẽ ſeu Aquę perfuſio.
caput eius aqua baptiſmi ter, vel ter eũ im Amb. li. 1.
mergit, nõ ſine ſolẽnib. illis verbis: Ego de ſacr. ca.
te baptizo in nomine patris, & filij, et S. 4. Aug. li.
ſancti. Quod cũ fit, ſtatim purus efficitur 19 cõ. Fau. ca. 18 Clc.
infans ab omnibus peccati ſordibus, ſub- Rom. li. 7.
mergiturq; in baptiſmo põdus illud ini- ca 43. Au-
quitatis, quod veluti talẽtũ plumbi gra- guſt. lib. 3 cõt. Dona-
uabat illius animam, & ad deum acce- Cyp. li. 1. e-
dere non ſinebat: deijcitur etiam in piſt. 2. Cy-
profundum truculentus ille Pharao, rill. cath. 4. Zacha. 5.
perſecutor & oppreſſor populorum dei: Exo. 14. 15.

recipitur verò infans à Deo in filium, hæresque illius omnium bonorum & regni cœleſtis conſtituitur. Cùm autem ſic immerſus, & deinde exemptus ab aqua fuerit, hoc intelligi datur, quòd ille vetus Adam iam eſt Chriſto conſepultus per baptiſmum, quodque depoſitis omnibus exuuijs veteris hominis, fit noua creatura, fit homo nouus, amicus & Deo longè chariſsimus. Qui tantis beneficijs ab eo affectus, peccare ampliùs non debet, ſed ambulare debet in nouitate vitæ, habens conuerſationem ſuam in cœlis.

Rom. 6. Colo. 3. Ephe. 4. Philip. 3.

Vnctio ſacro chriſmate.

Abſoluto baptiſmo, vngit eum ſacerdos in vertice capitis ſacro chriſmate, non ſecùs ac olim reges & ſacerdotes vngebantur in lege, mandato domini. Quo ſignificatur diuinæ gratiæ in ipsũ influxus, quodque propterea vnctus eſt, vt vnà cum alijs Chriſti membris, ſit rex & ſacerdos ſpiritualis: ſit potens vincere ſathanam, & omnem hoſtium inuiſibilium poteſtatem, vtque ſeipſum & preces ſuas omnes offerat ſpiritualem & immaculatam Deo patri hoſtiam: ſemper eã vitam viuens, quæ decet filium Dei, fratrem

Dion. de Eccle. Hierar. ca. 1. Amb. li. 6. de his qui initiantur. Clem. li. 7. ca. 41. Syn. Conſt. 2. cap. vlti. Theod. in pſal. 22. Tertull. de baptiſmo. Rom. 13. Ephe. 5. Philip. 4. Ro...

trem & membrum Chriſti viuum, à quo ita ſe Chriſtianum nuncupat, quemadmodum ille à cœleſti chriſmate vnctioneq; admirabili, Chriſtus fuit nuncupatus. Cyrill. 'c the. myſt.
Significat etiam hæc ipſa vnctio lætitiã illam ſpiritualem, de qua propheta ait: Eſai. 61.
Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum. Ephe. 4.
Propterea Paulus, Gaudete inquit in Theſſ. 5.
domino ſemper, iterum dico gaudete. Acto. 8.
Sic Eunuchus poſteaquam baptiſmũ eſt de Philippi manu conſecutus, ibat inquit ſcriptura per viam ſuam gaudens.

Ad extremum imponitur capiti baptizati integumentum ſeu pileolus lineus candidus, crucis figura inſignitus, quo is admonetur, quòd per Ieſum crucifixum libertate donatus eſt. Erat enim impoſitio pilei, ſignum apud quoſdam donatæ libertatis. Candido colore ádmonetur, vt ea puritas & innocentia, quam eſt in baptiſmo conſecutus, perpetuò in illius vita perduret. (Nam qui ſe de vmbra ſeculi transferunt, ſplendidas tunicas à Domino accipiunt inquit ſcriptura) vt gratia & benignitate Dei ac ſaluatoris noſtri & ſpiritus ſancti, purus et immaculatus comparere poſſit in extre-

Pileus linus cãdidu
Aug ſerm 40. in octua paſch tom. 10.
4. Eſd. 2.
Rom. 2.
Matth. 1

mo illo die, quando reddet vnicuiq; deus ſecundũ opera eius. Præterea, veſtis hæc munda, ſymbolicè docet Dionyſio teſte, per baptiſmum inſtar veſtis Chriſtum à baptizatis indui. Copulatur enim, inquit, in vnum cum induto, & protegit eũ à contrarijs, & ſplendore vitæ ornat.

2. Paral. 15. Hierar. Eccle. ca. 2.

Datur etiam in manus baptizati, vel ei adhibetur ardens cereus, vt Chriſtum eſſe cognoſcat illam veram lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; vtque ipſe, fide Catholica quam eſt in baptiſmo profeſſus, & bono exemplo vitæ, alijs præluceat, quò videntes homines illius opera bona, glorificent patrem qui eſt in cœlis. Hoc eſt quod Chriſtus ait, Sint lucernæ ardentes in manibus veſtris. Nam paratos nos eſſe vult, vt cùm venerit & pulſauerit, confeſtim aperiamus ei: vtque fidei & bonorum operum lucem teneamus, quando et ipſe ſcrutabitur Hieruſalem in lucernis.

Ardens cereus. Ioan. 1. Georg. Nazia. orat. 5. in ſancta lumina. Matth. 5. Philip. 2. Luc. 12. Sophon. 1.

Hoc itaque ſanctum Sacramentum (fratres chariſsimi) cùm ceremonijs eius omnibus, ego Chriſti & Eccleſiæ eius quamlibet indignus miniſter, nunc ex

mandato

mandato illius, & ex iniuncto mihi munere, huic infanti ſum in Dei nomine adminiſtrare paratus. Quare à vobis peto, vt me pijs veſtris precibus velitis adiutum. Imprimis verò quiſque veſtrûm agat gratias Deo quas poteſt maximas, quòd vobis omnibus affuerit in baptiſmo: & vnam omnium excellentiſsimam hanc gratiam declarare ſit pro ſumma bonitate ſua dignatus: quodque aduerſus tantum, tamque deteſtandum malum, peccatum inquam, & authorem eius mortisque ſempiternæ diabolum, tam facile, & cuiuis obuium remedium comparauerit. Non alia ſanè de cauſa, quàm quòd omnes nos ſibi amicos, filios, & regni cœleſtis hæredes eſſe cupiat. Deinde vnuſquiſque veſtrũ impulſus Chriſtiana charitate, Deum pro hoc infantulo pijs precibus interpellet, vt ei nunc baptiſmatis ſacri gratiam impertiat, & diuitias miſericordiæ ſuæ in illum effundat, adiuuans eum potentia ſua, ne amplius illi peccatum dominetur, néue ſathan illum poſsideat, aut vis vlla inimici à gratia Dei retrahat, ſed vt fortis ſit pugil Chriſti,

Adſtantes iuuãt baptizandum.

Gratias agant Deo pro baptizando.

Orent pro baptizato.

&

& ſemper voluntatem dei impleat, promiſsionemque illius, hoc eſt ſalutem & gloriam æternam, vnà cum omnibus nobis conſequatur, quod ipſe nobis præſtare dignetur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum Amen.

Vnde petẽda vberior ceremoniarũ expoſitio.

Reperient etiam Parochi vberiorem interpretationem ſacri baptiſmi ceremoniarum & rituum in Cathechiſmo Romano, & in eo quem Cyrillus patriarcha Ieroſolymitanus pridem iam ętatem conſcripſit: tum & in Confeſsione fidei Chriſtiana, quam Illuſtriſsimus Cardinalis VVarmienſis rogatu ſynodi Petricouienſis in Polonia, magno cum multorum fructu in lucem edidit. Quare ſi quid hîc deſuerit, inde petant licebit.

(.·.)

ADMO-

ADMONITIO CIRCA POENITENTIAE SACRAmentum & Confeſsionem peccatorum Sacerdoti faciendam.

IN hoc apparuit (frater chariſsime) gratia & benignitas dei omnipotentis, quòd magna infinitaque miſericordia ſua incitatus, dignatus eſt nobis indignis, & nihil tale promeritis, immenſam, & pluſquàm paternam charitatem ſuam declarare, vt cùm peccatores eſſemus, inimicique illius, nó parceret ille tamen vnigenito filio ſuo, ſed pro omnibus nobis traderet eum; Traderet aũt ad illudendũ, conſpuendũ, crucifigendum, & morte turpiſsima occidendum. Cuius præcioſiſsimo & puriſsimo ſanguine, reconciliatus Deo patri, & ad gratiam ipſius reſtitutus eſt mundus. Huius reconciliationis, reddũtur omnes homines participes in baptiſmo, ac incipiunt tum eſſe ex inimicis amici, è ſeruis liberi, è ſathanæ mancipijs dei filij, & regni cœlorum cohæredes.

Chriſti erganos ſumma charitas in baptiſmo.

Rom. 5. 8.
2. Cor. 5.

Eſt

Eſt hæc ſanè immenſa miſericordia & ſumma charitas, eſt plusquàm liberaliter in nos effuſa Dei benignitas & clementia: ſed nō minor tamen illa, quòd cùm ſuſcepto baptiſmo, in gratiam illius iam recepti, ac in filios Dei aſſumpti, non rarò recedamus à via iuſtitiæ, & rumpamus illud vinculum charitatis, quo Deo religati ſumus: cumque laſſati à via iniquitatis, ſic nos mancipemus æternæ morti, nulla vt iam ſupereſſe videatur ſpes noſtræ ſalutis amplius: reperit nihilominùs ſaluator noſter viam & modum, quo iterum vniat nos ſibi, nouoque vinculo denuò colliget. Nam inſtituit Pœnitentiæ Sacramentū, ſeque in eo obligauit nobis promiſsione longè omnium certiſsima, ac iurauit per ſemetipſum, quòd non vult omnium iniquitatum noſtrarum recordari, nō vult erratorum noſtrorū iuſtas de nobis pœnas expoſcere: vult autem cōdonare peccata, vult miſericordiā impartire, ſi modò voluerimus ad vitam meliorem conuerti, deque admiſsis pœnitentiam agere. Nam ideo Chriſtus venit in mundum, vt opera diaboli diſſolueret, vt mor-

Sed nō minor in pœnitentia.

Sapien. 5.

Ioan. 10.

Ezec. 18. 31.

Luc. 19.
Acto. 10.
Matth. 9.

Cur Chriſtus in mūdum venerit.

morbis noſtris medicinam faceret, vt 1.Ioan.3.
vocaret peccatores ad pœnitentiam, & Ioan. 10.
conuerſis ad ſe vitam donaret æter- Lucæ 19.
nam. veni, inquit, quærere & ſaluum Ioan. 10.
facere quod perierat, veni vt vitam ha- Periculoſū
beant, & abundantiùs habeant. Nihil eſt ſtare in
eſt autem magis impium, quàm ſtare 2.Cor. 12.
in peccato. Hoc & Paulus deflet: Hoc
magno gemitu dignum eſſe ducit. Timeo inquit, ne cùm venero, humiliet
me Deus apud vos, & lugeam multos
ex his, qui non ſolùm peccauerunt, ſed
etiam pœnitentiam non egerunt ſuper
fornicatione & immundicia quam ſecerunt. Peccatum eſt veluti coluber peſtilens: Dentes leonis, ſcriptura inquit, dentes eius interficientes animas hominum,
& quaſi romphea bis acuta omnis iniquitas. Non abſ re dicit propheta: Væ
genti peccatrici, væ filijs ſceleratis: væ
qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas: Iniquitates Dauid appellat onus graue grauatum ſuper ſe. Et Zacharias talentum plumbi. Homo peccator, eſt veluti mulier illa inclinata apud Lucam, quæ præ
infirmitate nō poterat ſurſum reſpicere:

Quale peccatum, & quales ſint peccatores

Eſaiæ 1.
Eccle. 2.
Pſalm. 37.
Cap. 5.
Capite 13.

ybi

vbi autem vocauit eam Deus,&impoſuit illi manus,confeſtim erecta eſt,& glorificauit Deum.

Omnes peccant. 3.Reg.8. 1.Ioan.1. Matth. 6. Luc. 11.

Cùm autem tu frater chariſsime,multis modis peccaueris (non eſt enim homo qui nō peccet: ac ſi dixerimus quod peccatum non habemus,nos ipſi ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. Ideoque petimus omnes,Dimitte nobis debita noſtra,ſicut& nos dimittimus debitoribus noſtris:) cùm inquam,tu crebrò(vt credibile eſt) præcepta illius transgreſſus, maieſtatem eius offenderis, & quem amare,omniq́ue ſtudio colere debebas, ad iram indignationemq́ue prouocaueris:quo etiam factum eſt,vt excideris gratia illius, & parata tibi regni cœlorum hæreditate. Fac iē peccatū tuū agnoſcas, fac humilieris ſub potenti manu Dei, magnaq; cum alacritate amplectare pœnitentiæ Sacramentum, quæ te de peccatis tuis,in quæ prolapſus es,eruet,atque ex inimico amicum,ex alieno filium dei, fratremq́ue ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti rurſus efficiet.

Recurrendū eſſe ad pœnitentiam. 2.Pet.5.

Dolor pro peccatis quomodo excitādus.

Quare doleas,& quidem ex animo doleas neceſſe eſt pro peccatis tuis omnibus,

nibus quorum meminiſſe potes, & quibus cruentatam grauiterque ſauciam eſſe ſentis animam tuã. Allocutus eſt propheta rem inanimam dicens: Audi altare, Hæc dicit Dominus, atque illicò altareſciſſum, & fractus eſt lapis. Moſes percuſsit virga petram, & fluxerunt aquæ. Sic & cor tuum frangatur dolore peccati, & producat lachrymas. Neq; enim paruũ eſt quod admiſiſti, nec parua gratia qua excidiſti, nec paruum barathrum, in quod es vitio tuo prolapſus. Itaque debes (ſi te modo patratorum verè pœnitet) omnia peccata tua, corde primum tuo, in conſpectu ſolius Dei, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur; deinde coram me quoque indigno ſeruo illius, ore confiteri, non minùs verè, quàm integrè & verecundè: quò non modo conſolationem ex Dei verbo, & in futurum cautelam referre: verùmetiam authoritate clauium Eccleſiæ, quas dominus Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus reliquit, abſolutionẽ & animæ tranquillitatem, ſpiritualemque dulcedinem reportare queas: iuxta Chriſti promiſſum, quod cùm firmum fixumque ſit,

3.Reg.13.
Exod.16.
1.Cor.10.

Confeſſio peccatorũ Deo & ſacerdoti ſacienda.

Fructus cõfeſſionis Sacramentalis.

Matth.16.
Ioa.20.21
Lu 21.
Num 23.
Mala.3.

Sapic. 11. Sapi.12. mutari nunquam poteſt: vult enim is, vt pœnitentibus detur in gratiã receptus, nec eſt vllum peccatũ, aut ſcelus vllumtã fœdum vel enorme, quod non remittatur verè contritis, confeſsis, & ex animo pœnitentibus. Deus diſsimulat hominũ peccata propter pœnitentiam, & pœnitentia dat locũ in peccatis. Vnde non

Sap. 4. abs re ſcriptura dicit: Pro anima tua non cõfundaris dicere verum: nam qui abſcõ

Prouc. 28 dit peccata ſua, non dirigetur. Quod enim ignorat medicina, non curat. Crede itaque verũ eſſe quod ait Ioannes Baptiſta: Pœnitentiam agite, appropinquat

Matth. 3. Cap. 3. vobis regnum cœlorũ. Quodq; Petrus in Act. Apoſtol. Pœnitemini, & cõuertimini, vt deleãtur peccata veſtra. Crede quod ipſe deus prolocutus eſt per prophetã: Si peccator egerit pœnitentiã de

Ezec. 18. peccatis ſuis, & mea pcepta ſeruauerit, omniũ iniquitatũ eius non recordabor.

Non deſperandũ in peccatis. Matt. 14. Luc. 22. Marc. vlt. Lu. 7. Pœnitẽtiæ exempla.

Neque te magnitudo aut multitudo peccatorũ terreat. Recordare Petri Apoſtoli Chriſti abnegatoris: recordare Magdalenæ, cuius iam fuit effuſa luxuria, vt a ſeptem immundis ſpiritibus fuiſſe poſſeſſa memoretur. Recordare Zachei fœnerato-

neratoris, & Matthæi Publicani. Nunquid non maxima horũ peccata fuerunt? Fuerunt ſanè. At maior Dei clementia, maior fuit miſericordia, qui pœnitẽtib. & ad ſe reuerſis ignouit, & eos inſuper gratia ſua cumulauit. Latronis verò vita omnis in continuis peccatis traducta, tota impura, tota ſceleribus fuit contaminata, eius tamen confeſsio, & in Chriſtũ fiducia, oẽm illã maculã ſuſtulit, & eũ ſtatim Paradiſi ciuẽ effecit. Dauidis peccatũ ſtatim deus trãſtulit propter pœnitẽtiã. Niniuitæ triduana pœnitẽtia meruerũt gratiã. Seruo nequã omne debitũ dimiſit, quia procidẽs eũ rogauit. Horũ exẽpla tibi quoq; incitamento ſint ad pœnitentiam, & eandẽ gratiam à benigniſsimo DEO patre miſericordiarum & Deo totius conſolationis expecta, quam ſunt illi pœnitentes conſecuti.

Matth. 9. Luc. 23. 2. Reg. 12. Ionę 3. Matt. 18. 2. Cor. 1.

Nulla cauſa impedire confeſſionẽ debet.

Nec te vel timor, vel pudor à cõfitẽdo retrahat, qui magnũ proculdubio detrimentum, magnamq; tibi ſalutis iacturam (quod abſit) eſſet allaturus: ſi præſertim peccator cùm ſis, venditare te tamen coram DEO & ſacerdote illius miniſtro velles, quaſi opera iuſtorum

habeas, quaſi innocens vitam degas, & quaſi omni ſis peccato grauiore vacuus: quod faciunt nonnulli viri nequam & mēdaces, qui peccare non verentur, confiteri autem Sacerdoti, & detegere peccata ſua erubeſcunt; talium confuſio adducit mortem, dum ad Chriſtum petram illam viuam, ex qua fons manat perennis in ablutionem peccatoris & menſtruatæ, cogitata actioneſque ſuas allidere detrectant. Nam & Chriſtum, & Sacerdotem illius viſibilem miniſtrum contemnunt: Et à quo erant conſecuturi remiſsionem peccatorum, conſcientiæque puritatem in virtute Dei, eum negligendum ſibi eſſe putant, vel quodam ruſtico pudore adducti, faſtidiunt; qui tamen perinde ac ſunt illi, homo eſt, & homo peccator: quique confitentes audire, & conſcientias ipſorum examinare tenetur, non vt irrideat, aut exprobret, aut alijs patefaciat (abſit hæc à piorum mentibus impia cogitatio) ſed vt medicinam & abſolutionis beneficium petentibus impertiat. Præclarè Chryſoſtomus: Nunquid neſcimus inquit, quia confeſſio peccatorum habet pudorem? & quia hoc

Confuſio adducens mortem.

Eccleſi. 4. Zacha. 13. Pſal. 136.

Confeſſio pudica eſſe debet.

Hom. 3. in Matth. o. 1.

hoc ipſum erubeſcere pœna eſt grauis? Sed ideò iubet nos Deus magis confiteri peccata noſtra, vt verecũdiam patiamur pro pœna. nam & hoc ipſum pars eſt iudicij.

Quamobrem ego (frater chariſsime) tam Chriſtiana pietate adductus, quàm meo munere incitatus, ſum hoc ipſum tibi nunc præſtare in Dei nomine paratus, vt & confeſsionem tuam audiam, & hoc operã dẽ, quo Dei virtute, mei verò muneris ſacerdotalis miniſterio, ab omnibus peccatis tuis, iuxta Chriſti promiſſum, liber eſſe queas. Igitur bono animo dic iniquitates tuas vt iuſtificeris, dic omnia peccata, quibus experiris læſam eſſe animam tuam, & quibus offenſum non dubitas Deum ac Dominum tuum: quorũ etiam vel nunc memoriam habes, vel excuſſa diligenter conſcientia, reminiſci potes, quò per humilem hanc contritionem confeſsionemque tuam, & peccatorum tuorum omnium abſolutionem conſequi, & recuperare amiſſam DEI gratiam, & vitam recipere queas æternam. Nec illa omittes, quæ an peccata ſint dubitas, vt à me quid de ijs tibi ſen-

Officiũ ſacerdotis in ſacramẽto pœnitẽtiæ.

Eſa. 43.

Cõfitenda ſunt etiam dubia peccata.

tiendum ſit, erudiare, & pacatã in poſterum conſcientiã referas. Nihil eſt autem quod metuas, ne te prodam, & quæ mihi confeſſus fueris cuiquã pateſaciã. Quod ſi facerem, nec apud Deum grauem eius rei vindicem, nec apud homines debitas effugerem pœnas.

Sigillũ confeſſionis.

CVM AVTEM ABSOLVERIT CONFITENS CONFESSIONEM ſuam, dicat ſacerdos.

Frater chariſsime, pro his omnibus & alijs peccatis tuis, ex animo doleas oportet. Ac ſi nullum in te dolorem experiris, roges benigniſsimum Deum, vt torpens cor tuũ igne Spiritus ſui ſancti accendat, teq; ad verã pœnitentiam adducat. Multum enim intereſt cuiuſque hominis, habere conciliatam ſibi gratiam dei, eſſeq; illius amicũ. Honorat enim amicos, quemadmodũ & ſcriptura dicit: Nimis honorati ſunt amici tui Deus: cõtrà verò, peccatores auerſatur. Nã odio eſt Deo impius & impietas eius. Ideo q; nõ rarò experiuntur hi pœnam

Quid agendũ poſt cõfeſſionem.

Pſalm. 138.

Peccati comitas.

Sapi. 14.

nam à Deo inflictam ſibi,& amittunt æternam ſalutem:qua vna re,nulla eſt,nec eſſe poteſt maior iactura. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?aut quam dabit homo cõmutationem pro anima ſua? Matth. 16. Mar. 8. Ioan. 12.

Cæterùm,non vult Deus mortẽ peccatoris,nec lætatur in perditione hominum,ſed vult vt cõuertatur& viuat:ideò clamat,Conuertimini ad me,&ego conuertar ad vos. Ego ſto ad oſtium &pulſo:ſi quis mihi aperuerit,intrabo ad eum, & cœnabo cũ eo. Quare deDei benignitate ne dubites,nec de eius miſericordia deſperes,tuorum peccatorum multitudine magnitudineque perterritus. Cogita ſcintillam,quæ ſi in mare ceciderit, non poterit apparere. Quãtum ſcintilla ad mare ſe habet, tantum hominis malitia ad Dei clementiã. Pelagus quantũuis magnũ, mẽſurã tamẽ recipit,ſed pietas & clemẽtia dei,mẽſurã nõhabet. Eſt eñ paratus remittere tibi peccata tua, expectat veluti ꝓdigũ filiũ te reuertẽtẽ ad ſe, paratq; tibi primam ſtolam,& annulũ digito tuo, & calciamenta pedibus ſuis:

Deus recipit pœnitẽtes. Sap. 1. Ezec. 18. Ezec. 33. Zach. 1. Apo. 3.

Quomodo pœnitenti conciliãda ſit fiducia in deum.

Chryſ. ho. 3. de pœnitentia.

Luc. 15.

Sed etiam atque etiam vide, nec pecces amplius, nec iam exhibeas membra tua arma iniquitatis ad iniquitatem, nec ita viuas, vt te vixiſſe pœniteat. Non fruſtra enim Apoſtolus inquit: Quem fructum habuiſtis tum in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt, tu verò translatus es de morte ad vitam. Quare in omni loco Deū reſpice, & ſic rationes vitæ tuæ per Dei miſericordiam inſtitue, quo regnum tibi à conſtitutione mundi paratum, poſsis aſſequi. Quoniam verò ſolet Deus remiſſa per ſacerdotis abſolutionem culpâ & æterna pœna, pœnam reſeruare temporalem, non ſine magno commodo noſtro, quam tamen licet homini per patientiam, humilitatē, aliasque virtutes homine Chriſtiano dignas, vel prorſus amouere à ſe, vel ſaltē minuere, iuxta dictum illud Pauli: Si nos ipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur à Domino. Ergò vt hanc pœnam temporalem, quam es iuſtè promeritus, Deus à te auferat, tibiq; ſe propitium exhibeat, & in futurum te ab iſtis & alijs peccatis ſeruet immunem, dignos quoad eius fieri poteſt, pœnitentiæ fructus facito.

Nō eſſe repetenda peccata. Rom. 6.

1. Ioan 3.

Matt. 25.

Remiſſa culpa reſeruatur quādoq; temporalis pœna.

1. Cor. 11.

Satisfactio

to. Conuiciatus es, benedicito: Quod non oportet accepiſti, reddito: aut ſi nõ eſt cui reddere poſsis, in egenorum ſuſtentationem erogato. Ebrius vel guloſus fuiſti, ieiunato. Arrogans aut ſuperbus fuiſti, humilia te. Inuidiſti, faue, & benemerere. inſta quantũ potes orationi, pietati operam da, frange eſurienti panem tuum. Pacem cum omnibus habe. Præpoſitis tuis, & Eccleſiæ obedientiã præſta: prauam vitæ tuæ conſuetudinem nouo genere viuendi commuta, & quidem tali, quod Chriſtianum deceat, vt viuas poſtea ſicut filius in gratiam paternam receptus: nec iam eum deinceps offendas, ſed ames & colas, quoad is tibi vitæ vſuram concedere dignatus fuerit. Imprimis verò fuge prauorum hominũ conſuetudinem. Nam ſicut is, qui oculorum morbo laborantem viderit, ipſo intuitu ægritudinem attrahit, ſic qui cum peccatore conuerſatur, peccare aſſueſcit. Sectare quoque temperantiam. Sic enim Moyſes admonebat populum: Cùm comederis & ſaturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiſcaris Domini Dei tui. Nam intemperanter dei donis vtentes, incraſ-

Baſil. i pſal. 32.
Chry. ho 10 Matth o. 1.
Eſa 58.
Rom 12.
Hebr 13.
Occaſio peccati fugienda.
Virtutes quendæ.
Deuter.

Deute. 32. ſantur: incraſſati verò recalcitrãt. Sedit populus manducare & bibere, Paulus
1. Cor. 10. inquit, & ſurrexerunt ludere. Eleemoſy
Exod. 32. Eccle. 3. nã libenter exerce. Nã ſicut ardentẽ ignẽ extinguit aqua, ſic eleemoſyna reſiſtit
Daniel 4. peccatis. Propterea Daniel hortabatur Nabuchodonoſor, vt peccata ſua redimeret eleemoſyna, & iniquitates ſu-
Luc. 11. as miſericordijs pauperum. Chriſtus dicit: Date eleemoſynam, & ecce omnia mnnda ſunt vobis.

Exo. 19.
2. Reg. 22. Ieiuniũ quãta ſit virtus, putõ te nõ ignõ
3. Reg. 19. rare, cũ audiueris ꝓculdubio perſæpe, de
2. Eſd. 1. Moyſis, Eliæ, Dauidis, Nazareorum, Ne
Iudith 8. hemiæ, Iudith, Eſther, & aliorũ ieiunio.
Eſther 4. Memento Nineuitarum, qui pœnitentia, luctu, & ieiunio placârunt domi-
Ionæ 3.
3. Reg. 21. nũ. Memẽto Achab regis, cui ꝓpter ieiuniũ additũ humilitati miſertus eſt deus.

Matt. 11. In lege verò gratiæ venit Ioannes Ba
Matt. 9. Marc. 2. ptiſta nõ mãducans neq; bibẽs, cuius etiã diſcipuli crebrò ieiunabãt. Cùm et Chri
Luc. 2. ſtus dux ac magiſter noſter, qui nobis factus eſt via ad patrẽ, ieiunauit in deſerto. Ieiunauit Anna Prophetiſſa octoginta annis, ſeruiẽs deo ieiunijs & obſecrationibus die ac nocte. Ieiunauit Paulus à

Chriſto ad Euangeliſ vocatus. Priuſquã Achab 9.
eũ eſſet baptiſmũ de manu Ananiæ cõſe
cutus, erat Damaſci tribus dieb. non vi- 2.Cor.11.
dẽs, & nõ mãducauit neq; bibit. Poſt ba-
ptiſmũ verò vixit per oẽm vitã ſuã vt ipſe 2.Cor. 6.
teſtatur de ſe, in ieiunijs multis. Et Chri
ſtianos monet, vt exhibeant ſeipſos ſicut
deimin iſtros, in orationibus et ieiunijs.

Horum itaq; exemplo, tu quoq; apprehende ſcutum ieiunij, & ieiunando corpus tuum caſtiga, & in ſeruitutem ſpiritus redige: pœnas peccatorum tuorum de te ipſo expoſce: deterge lachrymis deliĉtorũ maculas: iudica teipſum, ne iudiceris à domino, & iudicatus (quod abſit) cum hoc mundo damneris.

De oratione verò ecquid attinet me di Matth. 6.
cere, quando mihi ad te Chriſtianum ſer Luc.11.
mo eſt? Scis enim voluiſſe Chriſtum, vt
incũberemus orationi, & ipſummet orã Luc.6.
di modũ tradidiſſe. Dedit aũt idẽ nobis o Lucæ 22.
rãdi exẽplũ, quãdo ꝑnoĉtabat in oratiõe Act. 2.
dei, et faĉtus in agonia prolixiùs orabat. Act. 3.
Apoſtoli quoque illius erant in templo
perſeuerantes in oratione, & aſcendebãt
in templum ad horam orationis nonam.
Paulus etiam gentium, hoc eſt, noſter

magis

Colo. 4. magiſter, iubet nos inſtare orationi, per hanc enim eleuamur ad Deum, & ei coniungimur. Hæc eſt illa ſcala Iacob, per quam deſcendimus in nos ipſos, & aſcendimus in Deum, quando expendimus nobiſcum diligenter dei dona & noſtrà mala, vt pro bonis quidem illius, gratias agamus, pro malis verò noſtris eius clementiam deprecemur.

Pete ergo tu quoque, vt dimittat peccata tua Deus, vt ſit propitius tibi peccatori, vt deſcendas hinc iuſtificatus ab eo. Petas exemplo Tobiæ, vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant.

Lucæ 18.

Cap. 4.

Aduerſus hoſtes noſtros remedia.

Quoniam autem omne peccatũ, vel à carne, vel à mundo, vel à diabolo homini ingeritur, aduerſus hos tres hoſtes, totidem ſatisfactionis de præteritis, & cautionis in futurũ, peculiaria remedia ſancta mater Eccleſia potiſsimũ nobis proponit: nempe ieiunij contra carnem, eleemoſynæ contrà mundum, orationis contra diabolum, de quibus dixi iam per ſingula. Id autem illa per ſacerdotem facit non tam pro modo, quàm pro ſpecie peccatorum, magna clementia & lenitate

vtens

vtens, quando obedientiæ peccatoris exiguum quid imponens, Dei miſericordiæ totum remittit. Tu igitur fili vel filia, pro pœnitentiæ fructibus hæc à me tibi imponenda libenter & humiliter ſuſcipies, & fideliter explebis (Hic ei facienda proponat: deinde ſubijciat) Præmium pœnitētię.
Sic futurum eſt, vt tibi coronam det Deus pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliũ laudis pro ſpiritu mœroris, cũq; in lachrymis ſeminaueris, in gaudio metas, & plenus exultatione, comportes in horreum illud cœleſte manipulos tuos. Eſa. 61. Pſal. 125.

Debet eum poſtea more vſitato abſoluere, addens illa Euangelij verba: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. Ioan. 5.

(.·.)

ADMO-

ADMONITIO CIRCA PERCEPTIONEM SACROſanctæ Eucharistiæ.

QVandoquidem frater chariſsime per Dei gratiam ine à cogitationem veniſti, & Spiritu ſancto inſpirante, huc omnem animi tui ſenſum inflexiſti, cum propoſito pio & homine Catholico digno, vt iam iam ſuſcipias verum & viuum corpus Chriſti, in cibum & medelam eſurientis infirmæq; animæ tuæ, non dubito quin feceris omnia, quæ ab homine Chriſtiano, facta oportuit, teque ſic comparaueris, quò poſsis tanti huius Sacramenti magnó cum tuo fructu fieri particeps. Sed velim hîc apud te ſtatuas, etiamſi adhibeas eam animi demiſsionem quæ fieri poſſet maxima, etiamſi præparationis cauſa nihil non facias, nunquam tamen ſatis poteris eſſe dignus, vt hoſpitem tantum domo tua penetralibusque tuis excipias. DEVM inquam & hominem, CHRISTVM

Quantũuis magna p̃paratio nõ facit hominẽ Euchariſtia dignũ.

IE-

IESVM. Nam quæ domus illum capiet, quem cœli cœlorum capere non poſſunt? aut quæ poteſt in homine mortali puritas eſſe tanta, vt DEVM lucem illam diuinam, tecto ſui corporis recipere digna ſit? Neque tamen animo labaſcere propterea ſeu frangi, deſperaréue debes. Cùm enim per DEI gratiam teipſum iuxta doctrinam Apoſtolicam probaueris, & de peccatis tuis corde contritus, eam quam debebas, confeſsionem Deo, Sacerdotique feceris, & ſis ab eo miniſterio clauium abſolutus, age deinceps, tutò iam & confidenter, gratiæ miſericordiæque DEI reliqua permitte omnia. Nam qui tibi hanc eſcam diuinam parauit, idem proculdubio dignum te pro ſua bonitate faciet, vt eius non ſine commodo tuo particeps eſſe queas.

3. Reg. 8.

Facto quod innobis eſt, cætera permittenda ſunt Deo.

Quamobrem, certam & indubitatam fidem huc adferas oportet, cui nuſquam maior locus, nec maius eſt meritum, quàm in hoc vno omnium ſummo ſanctiſsi-

Fides neceſſaria communicatoris.

ctiſsimoq; Sacramento. Hic enim deficientibus ſenſibus, ſola fides ſufficit, & ſupplet ea quæ deſunt humanæ rationis
Eſai. 7. experimento. Hic quod non capis quod non vides, animoſa firmat fides, præter rerum ordinem. Hic potiſsimùm locum habet illud prophetæ verbum: Niſi crediderítis, non intelligitis, vel vt eſt in noſtris codicibus, non permanebitis.

Quid credere debeat communicaturus. Quare, fac credas, eum, quem coràm in Sacramento fide cernis, Deum & hominem eſſe, qui tui cauſa de ſummis cœlorum deſcendens, in has mundi miſerias venit: Credas ei, verum & viuum corpus & ſanguinem ſuum tibi exhibenti, Nam illo ore ſuo diuino, quo cuncta cõdidit quæcunq, mundus hic habet vni-
Matth. 26. uerſus, dixit: Hoc eſt corpus meum,
Mar. 14. Luc. 22. Hic eſt ſanguis meus. Et quod dixit, factum eſt, quod voluit, creatum eſt.
Prouer 3. Hic eſt panis ille de longè portatus, pa-
Pſal. 77. Sapi 16. nis de cœlo deſcendens, panis vitæ, pa-
Pſal 103. nis confirmans cor hominis, panis filio-
Matth. 15. rum, dans vitam mundo. Quamobrem
Matt. 7. certo certiùs perſuaſum habe, quòd ſub his viſibilibus ſpeciebus, quas nunc ſpectas, inuiſibilis ille panis cœleſtis Chriſtus

ſtus Deus & homo verè continetur, cũ corpore, ſanguine, anima, diuinitateque ſua. Ille inquam Chriſtus, qui natus ex virgine, qui pro te paſſus, pro te mortuus, qui iuſtificationis tuæ cauſa ex mortuis reſurrexit, nunc autẽ cœlis ipſis excelſior factus, & in ſede maieſtatis ad patris dexterã ſedens, hic verò abdito quodam & admirabili modo (cui comprehendendo humana ratio non ſufficit) in hoc Sacramento exiſtens, te patri ſuo diligenter commendat, pro te interpellat, pro te illi plagas & vulnerum ſuorum vibices oſtentat, tibiq́ue gratiam illius conciliat.

Hic itaque ſumma erga nos charitate inflammatus, hac vna potiſsimùm de cauſa, carnem ſuam veram & viuam, ſanguinemq́ue ſuum prætioſum, ex puriſsimis intemeratæ virginis viſceribus aſſumptum, atque adeo ſeipſum totum, in eſcam & potum ſpiritualem nobis tradidit: nobis inquam credentibus, non incredulis: fidelibus, non infidelibus, vt tu modo quodam admirabili (quem non capit mens humana) in eum transformeris, vtq́ue ille totus in te, & tu viciſsim in eo *Eſca ſpiritualis quid efficiat in nobis.*

Ioan. 6. totus maneas. Qui manducat inquit meā carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Nunquid autem non magnum eſt hoc, Chriſtum & nobiſcum, Ioan. 16. & in ipſis nobis habere manentem? Ad eum inquit veniemus, & manſionem Pſal. 8. apud eum faciemus. Mirabatur Dauid ſummam hominis dignitatem, cùm diceret: QVID eſt homo quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam viſitas eum? Sed res eſt multò maiori admiratione digna, quòd Deus cœli, non modò memor eſt hominis, non modò viſitat hominem, verùmetiam hoſpes fit hominis, cibus hominis, & vnum cum homine. Mirabatur & Salomon, ſi Deus eſſet inhabitaturus templū illud, quod ei magnificè Hieroſolimis parauerat. 3. Reg. 8 Ergò ne putandum eſt inquit, quòd verè habitet Deus ſuper terram? Sed longe maiori miraculo eſſe debet, quòd Deus tantæ maieſtatis, inhabitet hominis animam, quæ vix vnius & alterius diei laborem, parando huic tanto hoſpiti diuerſorio ſuſtinuit? Certè nullum eſt beneficium tantum, nec ab humano ingenio fingi aut excogitari vllum poteſt, quod

cum

cum hoc CHRISTI vno beneficio, conferri queat. Nihil ei deeſt qui habet Chriſtum in ſe manentem. Faceſſant hoſtes vniuerſi, faceſſant aduerſa omnia neceſſe eſt, ſi Chriſtus viuit, ſi Chriſtus imperat, ſi Chriſtus regnat in nobis. Si Deus pro nobis Paulus inquit, quis contra nos? Quòd ſi verò nobiſcum manſerit, & in ipſis nobis fuerit, quid aduerſus nos ſtare? quis officere nobis poterit? Nihil proficiet inimicus in nobis. Nam fortes facti in Deo, contra homines atque adeo contra Sathanam ipſum præualebimus.

Chriſtum habenti nihil deeſt.

Rom. 8.

Pſal. 88.
Gene. 32.

Hic eſt ſacræ communionis fructus longè vberrimus. Atque hæc eſt cauſa, cur ea detur etiam morituris, nimirum, vt iter illud in cœlum tutiùs abſoluant, ab omni ſathanæ impetu vacui. Nam & Chryſoſtomus eos, qui ſpiritum efflaturi, participes eius fuerint facti, ab angelis veluti ſatellitibus ſtipatos, rectahinc ad beatas illas ſedes angelorum deduci ſcribit.

Cur detur Euchariſtia morituris.

Lib. 6. de Sacerd.

Nec tibi vllus tam certus author per-
Veritas Chriſti corporis in Euchariſtia. ſuaſerit vnquàm in hoc diuiniſsimo ſacramento, præter ſignum & figuram aliud eſſe nihil. Quod non rarò fingunt homines mente corrupti, & reprobi circa fidem, operculum & latebras quærentes conſcientijs malè ſibi conſcijs. 2.Tim. 3.

Te Chriſti vox illa ſecurum faciat, qui olim promittens dicebat: Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Ioan. 6. Cumque daret Apoſtolis in cœna nouiſſima panem, non iam is panis, verùm iuxta promiſſum Chriſti, vera ipſius caro fuit. Nec temerè vſurpauit apertas illas & ſignificantes voces: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effundetur. Matt. 26. Marci 14. Lucę 22. Lucæ 21. vult maiorem fidem habere nos verbo ſuo quod nunquam mutatur, quàm noſtris ipſorum ſenſibus, qui ſæpe falli poſſunt & fallere: vult attendere nos nō quid antea fuerit, ſed quid tum fiat, corpus nimirum Chriſti, quod qui non credit, à gratia & à ſalute excidit. Epiph. in Anco. Non abs re dicit Paulus: Qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. 1. Cor. 11. Qui non probatus

tus accedit, reus ſit corporis & ſanguinis Domini. Nō de figura hæc certe, ſed de ipſiſsima dicit veritate. Figura enim figura eſt, & probationis non eget. Iam ea deſijt in manna, deſijt in panibus propoſitionis, quæ præcipua fuerunt ſacramenta legis, & huius cibi cœleſtis typi. veritas autem eſt in Euangelio quæ tum illis ſignis præcognoſcenda dabatur. Quare de veritate carnis & ſanguinis, nō eſt relictus ambigendi locus. Nam & ipſius Domini profeſsione, & fide noſtra, verè caro eſt, & verè ſanguis eſt: & hæc accepta atque hauſta id efficiunt, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit.

Figuræ Sacramenti Euchariſtiæ.

Hilar. li. 8 de Trinit.

Hæc itaque eſca ſacratiſsima frater chariſsime, non modò te vnit Deo Chriſtoque capiti coniungit & agglutinat, verùm etiam ſanctis & electis eius omnibus, illi ſupercœleſti ac ſpirituali corpori, cuius tu quoq; membrum es, & cuius nos omnes quotquot Chriſtiano nomine cenſemur, membra ſumus & eſſe debemus. Nam & Paulus, Omnes inquit vnus panis & vnum corpus ſumus, qui de vno pane participamus. Quamobrem, magnam inde voluptatem, magnam

Euchariſtia cōiungit nos Chriſto & corpori eius myſtico.

1. Cor. 10.

dulcedinem capere, certoq; perſuaſum habere debes, quãdo per huius ſacramenti ſuſceptionem vnitus fueris Chriſto & eius corpori, quòd iam deinceps magno tibi vſui futura eſt gratia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, nec non merita & preces electorum eius omnium. Iam enim habebis cum illis omnia communia: procurabunt illi apud DEVM tuam ſalutem, fouebunt & iuuabunt te, vt non tantùm ab his malis vacuus eſſe poſsis, quæ animæ corporique tuo noxam afferre queant, verùmetiam vt immortalitatem & vitam per gratiam Saluatoris poſsis conſequi æternam.

Præſtantia cibi ſpiritualis & vtilitas.

Hic eſt ſpiritualis ille cibus: cibus grandium, & robur imbecillium: Cibus incipientium, proficientium, & perfectorum. Cibus hic & delectat iuſtos, & à vitijs purgat iniuſtos. Huc ſanus accedat, & magis confirmabitur: accedat æger, & ſanabitur. Dum viuis, erit tibi augmentum vitæ, poſt mortem erit reſurrectio ad vitam. Qui feruent amore DEI, magis hoc ſacramento accenduntur: qui frigent, caleſcunt: qui tepent, inflãmantur. Nemo fugiat ab eo

... 5.

ſicut

ſicut fugit Adam à facie dei. Nā ſi nudus es, hic vē ſtieris: ſi pauper, ditaberis: ſi ſordidus, mundaberis: ſi peccator, à peccato liberaberis. Sicut fluit cera à facie ignis, ſic difluunt peccata à facie DEI præſentis, & appropinquantis tibi. Poſtremo, nullus morbus eſt, cui non veniat ex hoc ſanctiſsimo Sacramento remedium, & quidem præſentiſsimum remedium. Pſal. 67.

Propterea debes acuratè abyſſum hunc diuinæ miſericordiæ animo tuo cogitationeque perſcrutari, debes amare patrem illum miſericordiarum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente tua, quantum eum amare conceditur nobis, in hac peregrinatione vitam degentibus. Nam adductus nimia tui charitate, non pepercit dilectiſsimo & vnigenito filio ſuo, ſed eum in mortem tradidit, & quidem horrendam turpiſsimamque mortem. Nec minus Dominum Ieſum Chriſtum, ſaluatorem redemptoremque tuum amare, eique gratias habere atque agere debes, quòd mortem hanc libenter ſubire, ſanguinemque ſuū fūdere tui redimēdi gratia dignatus

Quid facere debeat homo Chriſto per cōmunionē cōiunctus.

Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10. Roma. 8.

eſt, quodque hoc ipſum corpus & ſangui
ap. 16. nem ſuũ, in eſcam & potum ſpiritualem tibi eſurienti ſitientiq; tradidit. Quid enim daret ampliùs? Dedit ſeipſum, dedit ſecum ſua omnia. Angelorum eſca te nutriuit, pane illo ſupercœleſti, qui habet in ſe omnis ſaporis ſuauitatem. ô res mirabilis. Manducat dominum, pauper ſeruus & humilis. Beneficij huius magnitudinem nec lingua explicare, nec ſcri

Amandi ſunt proximi. ptura valet exprimere: Debes autem & proximos tuos Chriſtiana charitate complecti, & eos ſic diligere propter Deum, ſicut es ipſe dilectus à Deo. Nam qui te inimicum dilexit, idem vult etiam à te ini

Tob. 4. micos diligi. Quare curam eorum gere, eiſque pro modo facultatum tuarum fer opem; ſimul conſilia & bona tua omnia, cum illis quoad potes, communica, non ſecùs ac cœleſtis ille pater, tecum dilectiſsimi filij tui, & omnium electorum ſuorum merita communicat.

Quid communicatu-rus meditari debeat. Si vis itaque vti cum fructu ſanctiſſimo hoc ſacramento (eadem enim inculcanda ſunt crebriùs) recordare Ieſu Chriſti Saluatoris tui, meditare mortem illius, quæ mors eſt mortis noſtræ: reuolue

animo

animo tuo ſingulare hoc & immenſnm il lius beneficium, quòd Gigas ille fortiſſimus, mortalis homo factus, triginta tri bus annis laborauit in mundo propter te, quòd vulnera tua pius Samaritanus infuſo vino & oleo miſericorditer alligauit; quòd cœleſti doctrina te pauit, menſam in conſpectu tuo parauit, & in ea ſeipſum tibi, ſpiritualem & vnum om nium ſuauiſsimum cibum appoſuit. Luc. 10. Pſalm. 2

Hæc igitur tanta tamque illuſtria beneficia, nunc frater chariſsime, ſuſcipiendo hoc ſanctiſsimo Sacramento, memoria tua repete, & in illis repetendis diutius immorare. Hoc enim voluit Dominus à te fieri, vt quotieſcũque ad menſam hanc accederes, mortem eius medi teris. Nam his beneficijs reuoluendis, nunquam ſatis animus impleri poteſt. Et enim quo repetuntur ea crebriùs, hoc dulceſcunt magis, magis animo inhærét, magis hominem in Deum transformant, magis rapiunt in illius amorem, qui nos amore ſuo præuenit, & prior nihil tale promeritos, immo extrema quæque meritos in finem vſque dilexit. Huius amoris nullus finis, nullus modus eſſe po teſt.

Immorandum eſt Chriſti beneficijs meditandis.

1. Cor. 1 Matth. 2 Luc. 22. Marc. 14. Ioan. 13.

teſt. Sed amantem amantes, vel redaman tes potiùs, amplius ab eo meremur amari. Quare fac pro his beneficijs Deo gratias agas quantum potes maximas, petas etiam ſubmiſſus, & ſpe bona plenus, vt D E V S omnipotens huius ſacramenti virtute, animam tuam eſurientem paſcat, triſtem ſoletur, languentem confirmet, omnium CHRISTI meritorum te participem efficiat, vt opem tutionemq́ue ſuam tibi impertiat, vt te ſeruet ab omni malo, confirmet in omni opere bono, vtq́ue poſt huius vitæ curſum, æternam illam fœlicitatem à pijs omnibus expetitam, in perhenni regno ſuo tibi concédat. Concedet autem, ſi ſpem tuam omnem in illum collocaueris, eiq́; totum te poſsidendum permiſeris. Nam ſi Rex Dauid ob amorem ſummi amici ſui Ionatæ, filium eius quãuis deformem & trucis pedibus, maxima tamen charitate dilexit, & menſæ ſuæ adhibuit, multò magis pater cœleſtis, ob amorem Chriſti ſummi amici & dilecti filij ſui, te quamlibet infirmum & indignum, hac menſa ſua dignabitur, tibiq́ue benignè faciet, & vitam æternam

Quid à Deo petendum in cōmunione.

Reg. 3.

nam donabit. Cuius omnes nos per Ieſum Chriſtum filium ſuum, Deus participes faciat, Amen.

ADMONITIO CIRCA SACRAMENTVM EXtremæ vnctionis facienda.

NIhil magis ornat vitam Chriſtianam, nec eſt quicquam quod fideles deceat magis, quàm vt ſiue ſani ac valẽtes, ſiue infirmi ægrotique ſimus, ſemper voluntatem noſtram ad voluntatem Dei accommodemus, humiliando nos ſub potenti manu eius, vt exaltemur ab eo in tempore viſitationis: quandoquidem is vitę ac necis dominus occidit & viuificat, deducit ad infernum & reducit, ſummamque in nos poteſtatem habet. Cùm igitur ſimus mortales omnes, & hac lege nati, vt ſit nobis omninò moriendum, & ex hoc diuerſorio corporis æternam illam in domum commigrandum (quis eſt enim homo qui viuet & non videbit mortem? omnes morimur & ſicut aqua dilabimur) expa-

Pẽdere debet vita noſtra ex voluntate de[i]

2.Pet.5.

Deut.32. Tob.13. 1.Reg.2. Sapie.16.

Non eſ[t] mortẽ chriſtianis m[e]tuenda[m]

Pſal. 88.

2.Reg.14. expaueſcere & perterrefieri non debemus, ſi quando nos grauis & acuta infirmitas, ſi dolor, ſi morbus occupat, tantus etiam, vt mortis certiſsimæ nuncius videri queat. Nam ſeriùs aut citiùs, moriendum tamen nobis omnibus, & vitæ hu'ic fragili finis eſt imponendus. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, cuius artifex & conditor eſt Deus. Præclarè Auguſtinus cum Deo colloquens, de ſalute inquit corporis mei, quid mihi ſit vtile vel quamdiu, neſcio: tibi domine committo. Quod ſi quem ſupra modum angunt dolores, vel ſi plus nimio terret mors iam iã appetens, certe hic ipſe ſuo inditio ſatis prodit, qualem vitam duxerit, cùm ſibi malè conſcius, non tam cœlum ſuſpiret, patriamque illam deſideret, ad quam per mortem fit tranſitus, quæ pœnas reformidet impijs, & ſeruis nequam conſtitutam.

In Solilo. Heb 13 et 11.

Exempla mori cupientium.

Quorum ex numero eſſe te nollem frater chariſsime, ſed ex eorum potiùs, de quibus dicebat Apoſtolus Paulus: Siue viuimus ſiue morimur, domini ſumus: ex eorum, qui diſſolui & eſſe cum Chriſto

Rom. 14. Philip. 1.

ſto cupiunt. Quorum etiam illa vox eſt: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam à me, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum: expedit enim mihi mori magis quàm viuere. Quod ſi ſic placitum eſt ante Deum, vt nunc tibi adimat vitæ huius vſuram (non poteſt enim æterna vita contingere, niſi prius cōtigerit hinc exire) non modò id æquo animo alacriterque ſuſtinere, ſed teipſum etiam totū quantus quantus es, lubens volūtati eius ſubmittere debes: certiſsimè credens, quòd permutabis hanc vitam tuam, vita alia longe meliore, omniq́ue fœlicitate plena, cuius finis erit nullus. Quandoquidem in hoc mundo, qui totus eſt in maligno poſitus, nihil aliud nos manet, quàm preſſuræ, tribulationes, morbi, paupertas, contemptus, odia, perſequutiones, luctus, & alia infinita eiuſmodi affectionum & ærumnarum ſeges. Nunquam enim vita hominis vacat miſerijs. Si quid parandum eſt, adeſt labor & difficultas. Si iam paratum eſt, non deeſt in ſeruando, cura, diligentia & afflictio ſpiritus. Nonnunquam nos timor ſollicitat, nonnunquam dolor cruciat, vel ſpes vana

3.Reg.1 9. Tob. 3. Ionæ 4.

Quid mors adferat.

1.Ioan. 5.

In mundo preſſura.

vana ludificat: quibus rebus perſæpe animi tranquillitas,& bona valetudo perit, hebeſcuntq; ſenſus omnes ſolicitudine nimia obtuſi, vt non temerè appellet ſe

Rom. 7. Paulus infœlicem, quia non liberatur de corpore mortis huius. Contrà verò in vita futura, ad quam per mortem veluti per ianuam quandam introitus nobis patet, nihil triſte, nihil aduerſum, nihil eſt noxium. Ibi nulla erit iam periculoſa mutatio, & mœror nullus: quandoquidem abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum ſuorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neque dolor erit vllus. Ibi enim amodo (dicit ſpiritus) requieſcent omnes à laboribus ſuis: quodque maius eſt, donabit eos qui dormiunt in Chriſto, & veſtiet Deus ſtolis albis, indumento incorruptionis, lætitia immenſa, gaudio ineffabili, fœlicitate omni fine carente.

Vitæ futuræ fœlicitas. *Apo. 1. 12.* *Apoc. 14.*

Parendum alacriter vocāti deo

Quamobrem, ne tibi frater chariſsime durum videatur, etiamſi in hoc morbo tuo, mundū hunc immūdum relinquere cogaris, ſed voluntate Dei te accommoda, atque ita totum compara, vt in eius gratia finire poſsis, quicquid adhuc vitę ſuper-

Sap. 7.

ſupereſt: certiſsimè credens, quòd ſi mor te p̄occupatus fueris, in refrigerio eris.

Abſit autem à te nimius ille & periculoſus mortis terror, ne fortè plus hanc vitā amare, quàm futuram appetere: néue plus exilio quā patria, plus terra quàm cœlo delectari videare. Certò crede, quòd ſicut in corporib. malè affectis, poſt pharmaci amaras potiones, iucūda ſuccedit ſanitas, ſic poſt exiguā hanc mortis amaritudinē, cōſequetur ſtatim illa iucūdiſsima & ea ſempiterna animæ tuæ ſalus, quando Deū videbis facie ad faciem ſicuti eſt, cuius aſpectu oēs angeli, & reliqui beatorum ſpiritus ſatiari nunquam poſſunt.

Quomodo propulſandus ſit à moritur o terror mortis.

1. Cor. 5.

Nūquid neſcis, quòd niſi granū excuſſū fuerit in area, & ſua theca prius exutū, non reponitur in horreū: ſic & tu cœlū ingredi non poteris, niſi exuta priùs & depoſita iſta tua mortali tunica. Memento, quòd mors Chriſtiani hominis, per quam eſt æneo illi ſerpēti ſimilis, ſuſpēſo per Moſen in deſerto: qui ſerpētis quidē ſpeciē ſeruabat, ſed totus fuit ſine vita, ſine motu, ſine morſu, ſine veneno. Eadem eſt Chriſtianorū ratio, qui cōſumi quidē viden-

Nume. 21.

Sapi.3. videntur morte,ſed reuera reparãtur ma
gis. Videntur oculis aſtantiũ mori, ſed
ſunt in pace. Eſt enim illis mors mor-
tua. Nã & Chriſtus: Qui ſermonẽ me-
Ioan. 8. um, inquit, ſeruauerit, mortem non gu-
ſtabt in æternum. Quomodo non gu-
ſtabit qui moritur? Quia moriens incipit
vitam, ideo præ vita quam videt, mortẽ
Pſal.138. videre non poteſt, ſed ei nox ſicut dies il
luminatur, & clarior fit lux vitæ incipiẽ-
tis, quàm mortis deſinentis. Nec modo
1.Cor. 15. non guſtabit mortem, ſed inſultabit etiã
morti, illis Pauli Apoſtoli verbis: vbi eſt
mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus
tuus? Deo gratias, qui dedit nobis victo-
riam per Dominum noſtrum Ieſum Chri
Hilarione. ſtum. Dic ergo cum ſancto illo Eremita
bona ſpe plenus: Egredere anima mea,
quid times? Egredere, quid dubitas?
Tot annis ſeruiuiſti Chriſto, & mortem
1.Teſſ. 4. times? Timeant mortem impij, Timeãt
gentes, qui ignorant Deum. Chriſtianis
mors iucunda eſſe debet, per quam tran
ſitus fit ad vitam, omni gaudio, lætitia,
fœlicitateq; abundantem. Submergitur
Exo. 14. hîc Pharao & perit. Sed verus Iſrael in-
offenſus tranſit in terram à Deo pro-
miſſam

miſſam, lacte & melle fluentem. Qui ſibi metuebant ab illa, non viderunt illam. qui autem fidentes in Domino, tranſierunt ad illam, poſsiderunt illam. Quam & tu poſsidebis proculdubio per eius gratiam, qui eam promiſit tibi.

Morituri vita eget ſolius Chriſti meritis.

Quoniam verò non modo tua, ſed etiam totius mundi merita tanti non ſunt, vt quis certò credat, eorum gratia regnum cœlorum ſibi deberi, cùm Apoſtolo teſte, non ſint condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ergò dum noſtris proprijs deſtituimur, ad Chriſti merita nobis recurrendum eſt, quæ & ipſa quodam modo ſunt noſtra. Nam cum ipſo omnia nobis pater donauit. Propterea dedit eũ propitiationẽ pro peccatis noſtris, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: propterea illi non pepercit, vt tibi parceret: propterea portauit is peccata tua in corpore ſuo ſuper lignum, propterea vulneratus & attritus eſt, vt iniquitates & ſcelera tua contereret omnia, vt ea perimeret morte ſua, & deleret prætioſo ſanguine ſuo. Suſtinuit maximos cruciatus in cor

Rom. 8.

Chriſti merita quodãmo ſunt noſtra.

Rom. 8.
2. Ioan. 2.
Ioan. 3.

1. Pal. 2.
Eſa. 53

pore ſuo, vt ne tu pœnam illam ſuſtineres, quam eras iudicio dei iuſto promeritus. Pertulit tormenta ineffabilia, vt te illis tormentis eximeret, quæ ſceleribus tuis debebantur. Sublatus eſt in crucem,
Colo. 2. vt chyrographum illud quod erat contrarium nobis, cruci affigeret: mortuus
In Chriſti morte fidant morituri. eſt vt tu viueres. In hoc itaque omnipotenti miſericordiſsimoq; Deo, ſpem tuam omnem iam colloca, cor tuum illius amore ita confirma, nihil vt eorum pertimeſcas amplius, quæ morituris occurre-
Triſtitiam comitatur gaudium. re ſolent. Quod ſi triſtaris, triſtare ſecun-
2. Cor. 7. dum Deum, triſtare ad pœnitentiam, &
Ioan. 16. certus eſto, quòd triſtitia tua vertetur in gaudium, & hoc ipſum gaudium nemo tollet à te. Non perterrefias igitur peccatorum tuorum multitudine: nam teſte Apoſtolo, vbi abundauit delictum,
Rom. 15. ſuperabundauit & gratia. Neque ſatanam reformides, qui nihil prorſus iuris habet in animam tuam, vtpote cuius circumſcripta eſt poteſtas, vt ſi maximè velit, nocere tamen tibi pœnitenti non poſſit. Quare crucem Chriſti omnibus tentat onibus illius oppone, morte Chriſti te contege: habe certam ſpem conſe-

quendæ remiſsionis peccatorum tuorũ, & gloriæ futuræ.

Cùm enim Deus tantam tui curam gerat, teque tanti faciat, vt tui cauſa filium ſuum tradiderit in mortem, cùm te quoque participem fecerit baptiſmi ſancti, in quo ſanctorum communioni & hæreditati cœleſti es aſſcriptus, certè ne nunc quidem te (cùm maximè opus eſt) gratia ſua deſtituet, ſed tibi præſtò aderit, & vel hoc graui periculoſoque morbo tuo te pro bonitate ſua eximet, ſi expedierit ſaluti tuæ: vel per corporalẽ hãc mortem, vitæ meliori te reddet, cœlorumque regnum tibi donabit: vbi anima tua gaudebit ſine fine cum Chriſto & electis eius omnibus, intuebiturque non in ſpeculo & ænigmate, ſed facie ad faciem Deum & ſaluatorem ſuũ, quo intuẽdo & fruendo, exultabit lætitia inenarrabili: cumq; magnus ille dies reſurrectionis ex mortuis aduenerit, animam tuã reſtituet huic mortali tuo corpori, atq; ita vnà cum corpore & anima tua, gaudio perpetuo & voluptate ineffabili perfrueris.

Quomodo fiducia morituri erigenda ſit in Deum.

1. Cor. 13.

Cuius rei ſponſores habes, certiſsi-
Chriſtipro mas promiſsionès Dei & Saluatoris tui
miſſio fa- Ieſu Chriſti. Eius inquam Dei, qui verax
cit nos eſſe eſt, & nec falli poteſt nec fallere: non e-
certos de nim inuentus eſt dolus in ore eius. volo
vita æter- na. inquit pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & mi
Matt. 22. niſter meus: ideoque dicebat latroni.
Ioan 3. 7. 8. Hodie mecum eris in paradiſo. Præterea
Roma 3. dum in hac tua carne viueres, vſus es nō
Apoca. 19. raro ſanctiſsimis Eccleſiæ Sacramentis,
1. Pet. 2. quæ ſunt certa promiſsionum Chriſti ſi-
Ioan. 12. gilla, quibus fidere ad aduerſus peccata
Luc. 23. tentationesq́; tuas munire te debes; Non
Et vſus Sacramentorũ Eccleſiæ te itaque ſathan terreat, cuius virtus fra-
cta eſt: non conſcientia perturbet, quam
1. Ioan. 1. ſanguis Chriſti emũdat ab operibus mor
Gala. 2. tuis: non tibi peccatum occurſet, quod
Pſal. 41. confixũ eſt cruci, ſed confidenter dicito:
Quare triſtis es anima mea, & quare cō-
turbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc
Pſal. 26. confitebor illi. Si conſiſtant aduerſum
me caſtra, non timebit cor meum: Si ex-
urgat aduerſum me prælium, in hoc ego
Pſal. 41. ſperabo: Credo videre bona Domini, in
terra viuentium. Educ de cuſtodia ani-
mam meam ad cōfitendum nomini tuo,
me etenim iuſti expectant, donec retribu
as mihi domine.

Hac

Hac itaq; ſpe cõſequendæ æternæ ſalutis repoſita in Dei ſolius miſericordia, (quandoquidem Chriſtianus es, & matris Eccleſiæ obediens filius) debes vti magna cum alacritate, ijs medijs omnibus, quæ pater ille miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, tuorum peccatorum dimittendorum, & conſequendæ augendæque in te gratiæ ſuæ cauſa, per Ieſum Chriſtum inſtituit, & quæ nobis in Eccleſia ſua ſancta, veluti ſaluberrima pharmaca reliquit, vt his tãquam inſtrumentis quibuſdam, gratiam & merita Saluatoris noſtri contingas, eaque in te deriues, & veluti appropries tibi, vt ſic per eorum vſum ſalutarem, triſtis animæ tuæ conſolationem, & fructum illũ omnium longè maximum conſequare, nimirum vitam æternam. Inter quæ media, eſt etiã ſacri olei vnctio, quam Ieſus Chriſtus Eccleſiæ ſuæ reliquit, vt iuuarentur ea fideles in graui & periculoſo morbo, ſi quando inſtaret vitæ illorum finis: quo ſic aduerſus omnes maligni ſatanæ tẽtationes, & aduerſus iacula eius omnia, firmiores eſſe queãt, certa ſpe concepta, gratiæ: miſericordiæq; illius in huius

Chriſtianus debet vti omnib. medijs ad conſequendam ſalutẽ pertinẽtibus.

2. Cor. 1.

Fructus Sacramentorũ Eccleſiæ

Extrema vnctio eſt non poſtremũ mediũ ad dei gratiã conſequendam.

ſacramenti vſu percipiendæ. Nam ſicut olim in lege Moſis, probatiſsimi quiq; per vnguentum regium vocabatur ad regnum, ita nunc Chriſtiani per vnguentum Eccleſiaſticum vocantur ad cœlũ.

Teſtimonium ſcripturæ de extrema vnctione.

Iaco. 5.

De qua vnctione Iacobus Apoſtolus (mandato proculdubio ſaluatoris) tale Chriſti Eccleſiæ præceptum reliquit: Infirmatur quis in nobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vnguẽtes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. In hoc itaque Sacramento, nõ ſecùs ac in alijs, poteſt vnuſquiſque fidelium magnã conſolationem ex hac promiſsione capere, quam ſic audit recitari. Magnum eſt enim quod promittitur: Magnum quod Apoſtolus dicit: Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & peccata ei dimittentur. Quid ad rem tantam addi poteſt amplius. Certùm eſt, quòd Apoſtoli Chriſti prædicantes populis fidẽ in Deum & pœnitẽtiã, eijciebant dæmonia, & vngebãt oleo multos ægros, et

Marc. 16.

ſana-

ſanabantur. Tibi quoq; credēti, pœnitēti, cōfeſſo, & virtute clauiū abſoluto, eiectis iā ex te peccatis, nihil ſupereſt aliud, quàm vt æger vngaris oleo, quô ſi minus in corpore, tamen in anima tua potiore nobilioreq́; tui parte, ſaneris per gratiā Chriſti: quā is tibi modò cōfert, peccata remittēdo, morbū alleuiando, & teipſum oratione fideli ſaluando. Hoc autem ſacrum oleum nihil ſignat aliud, quàm gratiæ miſericordiæq́ue diuinæ virtutem, quæ animos infirmorum intùs confirmat & corroborat, modo inuiſibili. Nam ſicut oleum infuſum lampadi lumen præſtat, & cùm vnguntur eo membra malè affecta, confirmantur: Eodem ſanè modo, mentem & intellectum hominis infirmi, Dei gratia per hoc Sacramentum infuſa illuminat, & animam eius confirmat, ac ad Dei amorem erigit, & quaſi torpentem ſuſcitat, cor inflāmat charitate Dei, ſpem bonā in homine excitat, & vires corroborat, vt deinceps ſit fortis aduerſus ſathanæ terrores, aduerſus peccata, mortem, & infernum. Non minùs autem pertinebit & hoc ad magnam infirmi conſolationem, ſi

Quid ſignificet ſacrū oleum. Pſal. 44. 88 Eſa. 61.

Quid pſtet extrema vnctio.

Magna ægroti conſolatio ex omniū ſanctorū precibus.

ſi crediderit, Sacramenti huius virtute, & ſanctorum omnium precibus, remitti
Rom. 6. ſibi peccata ſi quæ poſt pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta religiosè ſuſcepta, fuerint adhuc in eo reliqua, nec ei reputatum iri ad pœnam, quòd olim exhibuerit membra ſua arma iniquitatis ad iniquitatem, quodq́ue Deum quem omni vita ſua honorare debebat, crebrò offenderit, tam ſenſuum quàm membrorum ſuorum abuſu.

CVM AVTEM SACRAM VNCTIONEM ABSOLVERIT, Vnà cum orationibus ad eam accommodatis, tandem Sacerdos aliquid in eam ſententiam dicat.

Percepta extrema vnctione quid agere debeat ægrotus.

QVandoquidē frater vel fili chariſsime, in hoc tā graui et periculoſo morbo tuo, ſuſcepiſti hæc ſanctiſsima Sacramenta, nobis iuxta Chriſti inſtitutionem ab Eccleſia tradita, iam quod eſt reliquum, te totum Deo commenda: ſpem tuam certiſsimam in illius ſumma erga te charitate colloca: erige

atque

atque confirma teipſum ſingulari illius gratia, quam tibi per omnem vitam declarauit, & nunc eſt declarare paratus. Certa in hoc extremo agone veluti Chriſti bonus miles, reſiſte fortiter ſathanæ tuo capitali hoſti. Chriſtus enim ſpectat pugnam tuam, & adiuuat vt vincas, & cùm viceris, certo certiùs ab eo coronaberis. Dic ergo bona ſpe plenus: Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum. Non deficias in fide, nec de miſericordia Dei dubites, aut ob multitudinem peccatorũ tuorum deſperes. Nam quantum diſtat ortus ab occidente, tantum is longè fecit à te iniquitates tuas. Et quomodo miſeretur pater filiorum, ſic miſertus eſt Dominus tui. Hunc igitur præ oculis habe, Deum inquã patrem miſericordiarum, qui ſalutis tuæ ſitiens, expectat & præſtolatur animam tuam, eamque ad regnum ſuum cœleſte vocat. Surge inquiẽs, propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni; veni de Libano ſponſa mea, veni coronaberis. Habe & filium eius dilectiſsimum, qui te ſuo ſanguine mundat, ſuis meri-

Pſal. 12.

Confidendum in deũ miſericordia.

Pſal. 102.

Cant. 2.

Cantic. 4.

Confidendũ in Chriſti charitate.

tis veſtit & ornat, qui te circumdat prætio ſuæ mortis, & animam tuam charisſimo ſuo patri commendat. Volo inquit pater, vt vbi ego ſum, ille ſit mecum, & videat claritatem meam quam dediſti mihi. Habe & Spiritum ſanctum, qui te hic per Sacramentorum ſuſceptionem ſanctificat, tibique vires ſuppeditat, vt in Eccleſia Catholica, & orthodoxa fide, obſignes reliquum vitæ tuæ, & DEVM ſicuti eſt, in illa æterna domo videas. Reſpice & erige caput tuum. Iam enim appropinquat redemptio tua. Crede firmiter, & nullatenus dubita, quòd poteſt, quodque vult omnipotens Deus, ex miſericordia ſua demergere tua peccata omnia in ſanguine vnigeniti filij ſui: poteſt & vult obliuiſci omnium iniquitatum tuarum, propter IESVM CHRISTVM filium ſuum, cuius membrum factus es. Poteſt & vult, diuina ſua virtute tueri te, à laqueis & à tentationibus ſathanæ. Adiuuabit te quoque Ieſus Chriſtus ſaluator & redemptor tuus, qui pridem tua cauſa fregit vim & poteſtatem hoſtis tui;

[Margin notes: Ioan.17. — Confidentum in ſpiritus ſancti gratia. — Ioan.3. — Luc. 21. — Deus vult ſaluare moriturum. — Adiuuat Ieſus Chriſtus. Luc.11.]

qui

qui fortem illum alligauit, arma illius diripuit, infernum ſpoliauit, morte ſua mortem ſuperauit in æternum. Cogita, illum eſſe iuxta prophetam Eſaiæ, patrem futuri ſeculi, hoc eſt, patrem in æternum. Nunquam enim pater tuus eſſe deſinet: immo verò tum maximè paterna viſcera tibi oſtendet, cùm cœperit futurum ſeculum. Quod ſi tibi ex Apoſtoli doctrina CHRISTVS fuit vita, ſit etiam mori lucrum, & certiſsimè crede, quòd eſſe cum illo, eſt multò melius. Quare fac, vt magnificetur Chriſtus in corpore tuo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. In hoc ſolo eſt tibi ſalus. Non eſt enim aliud nomen ſub cœlo, in quo te oporteat ſaluum fieri. Per hunc igitur Saluatorem tuum, ſpem tuam omnem in Deo colloca; conſolare teipſum morte & ſatisfactione filij eius. Sic enim futurum eſt, vt te liberet à peccatis tuis omnibus, à morte ſecunda, & damnatione perpetua. Anima verò tua, ſalute gaudioque ſempiterno vnà cum cœleſtibus illis ſpiritibus ac electis Dei omnibus, perpetuò fruetur, ibiq; perdurabit

Eſa. 9.

Philip. 1.

Acto. 4.

in

in omnes ſeculorum æternitates, in ſanctæ Trinitatis contemplatione, & illius ardenti incredibilique amore defixa. Quod tibi DEVS omnipotens per miſericordiam Ieſu Chriſti filij ſui concedat. Amen.

DISCEDENS AB EO ſic dicat.

Tob. 2. MEmento quòd filij ſanctorum ſumus, quodque vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.
Apoc. 2. Quare eſto fidelis vſque ad mortem, & dabit tibi Dominus coronam vitæ. Cer-
2. Tim. 4. ta bonum certamen, curſum tuum conſuma, fidem ſerua. Nam in reliquo repoſita eſt tibi corona iuſtitiæ, quam tibi reddet Dominus in illa die, iuſtus iudex.

ADMONITIO EORVM QVI SVSCEPTVri ſunt Sacramentum Matrimonij.

Cur ſponſi veniant in templum. QVandoquidem vterque veſtrûm propterea in hunc locum & in coronæ huius cõſpectum venit, vt matrimonium inter vos priuatim, ve-

ſtro mutuo & parentum amicorumque veſtrorum conſenſu deſtinatum, confirmetis nunc ſolenni Eccleſiæ ſanctæ benedictione, & non modò propinquorũ veſtrorum, verùm aliorũ etiam qui præſentes hic adſunt, publico teſtimonio: ſcire vos imprimis oportet, matrimoniũ non eſſe nudam ceremoniam ab hominibus eorum arbitratu inuentam, ſed eſſe vnum è ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, per quod multis & varijs modis impartitur Deus hominibus gratiam ſuam.

Matrimonium non eſt nuda ceremonia.

Hoc verò Matrimonium, ſtatim in ipſo mundi exordio cùm adhuc homines in paradiſo voluptatis vitam degerent, inſtituit Deus, eique gratia ſua tam abũdè proſpexit, vt nec originis peccato corrumpi, nec diluuio aboleri, nec Sodomorum incendio, aut vlla pœna alia ſæpè hominibus irrogata, vnquam extingui potuerit. Ac vixerunt quidem hoc genus vitæ, matrimoniumque coluerũt tam Iudæi quàm gentiles, ſiue Pagani: ſed cùm eo abuterentur vtrique, neque eum ſpectarent finem, propter quem fuit à Deo inſtitutum, factum eſt, nulla vt eſſet apud illos in hac ipſorum conſociatione ſacramenti ratio. Quam-

Inſtitutio matrimonij & eius firmitudo.

Iudæis & Paganis matrimoniũ non eſt ſacramentum.

Chriſtus eſt Sacramentum.

Quamobrem, Chriſtus Dei filius repurgatũ à quibusuis corruptelis, & priori dignitati maieſtatiq; reſtitutum, vim ſacramenti, & inſolubilis vinculi habere voluit, vt eſſent matrimonio coniuncti, ſicut fuerunt ab initio, duo in carne vna, vtque inter fideles ad vſque ſeculi cõſummationẽ, Sacramentum hoc purum & integrum permaneret. Qua etiam de cauſa honorauit illud præſentia ſua, vocatus in Canam Galilææ ad nuptias, cum parente ſua chariſsima, & electis ſuis diſcipulis, vbi primum ſuæ diuinitatis ſignum dedit, nouo miraculo edito, fidemque ſuorum de ſe confirmauit, & ſponſis præſentibus benedictionem ſuam impertiuit. Alio quoque loco, coniuges hoc Sacramento copulatos, dirimi vetuit. Quod inquit Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Quo verbo tale ac tãtum illi vinculum addidit, quale nec in gentilium, nec in Iudæorum matrimonijs fuit vnquam. Nam & illi dimittebant vxores quoties libebat, & hi libellum repudij dabant quacunque ex cauſa. Commendat autem genus hoc vitæ Apoſtolus doctor gentium, Chriſti & Eccle-

Gene. 2. Matth. 19.

Matrimoniũ Chriſti præſentia honoratũ. Ioan. 2.

Matt. 19. Mar. 10.

Quomodo Paulus cõmẽdat matrimoniũ. Ephe. 5.

ſiæ

ſiæ coniunctioni illud accommodans, promittens etiam ſaluationem coniugibus, ſi permanſerint in fide, & ſanctificatione cum ſobrietate. Quamobrem, nemo Chriſtianorum Sacramentum hoc tã tis teſtimonijs commendatum contemnẽdum eſſe putet, ſed præclarè de illo ſentiat, certus ex Dei verbo, quod his potiſſimùm de cauſis à Deo fuerit vtilitatis humanæ cauſa conſtitutum. 1. Tim. 2. Iuſtituti matrimonij cauſa.

Principiò, vt honeſta caſtaq; viri ac mulieris coniunctione, ſeruetur & augeatur in mundo genus humanum, impleanturque hominibus ſedes illæ cœleſtes, è quibus olim ſpiritus nequam, in imum vſq; inferorũ ſuperbia ſua ſunt prolapſi. Quamobrem debent coniuges hoc operam dare, vt cùm per DEI gratiam prole aucti fuerint, ſtatim ab ipſis incunabulis, ſuos liberos Catholicæ fidei elementis, & vero Dei timore imbuant: vt eorum couuerſatio ſit cœlo digna, cuius obtinendi gratia in lucem ſunt editi. Hoc itaque in educandis ac informandis ſuis liberis potiſsimùm ſpectabunt parentes, vt eos in cœlo collocent; & non tantùm bonorum faculta- 1. Conſeruatio generis humani Qualis eſſe debet liberorum educatio.

facultatumque ſuarum, verùm etiam pietatis & vitæ religioſæ, hæredes relinquāt,
Pſal. 111. Prou. 17. vtque apud poſteros viuant in filijs. Nā generatio rectorum benedicetur. Et corona ſenum, ſunt filij eorum.

2. Effugiū profligatæ vitę. Deinde, vt homines per hunc modū effugere poſsint omnem fœdam libidinem, vitamque brutis & pecudibus ſimilem, cuius cauſa, de flagitioſis grauiſsi-
Gene. 8 19. Rom. 7. mas pœnas Deus ſumere in ſcripturis memoratur: vtque illa procliuitas ad peccādum (qui morbus eſt nobis vitio corruptæ naturæ inſitus) adſtringatur ſacra-
1. Cor. 7. menti huius virtute. Propter fornicationem inquit Paulus, vnuſquiſque vxorē ſuam habeat, & vnaquæque virum ſuum. Sic enim vaſa in matrimonio de gentiū ſancta erunt, & excludetur omnis inhoneſtè viuendi licentia. Nunquid autem non eſt hæc ſingularis Dei gratia & benignitas, quòd in matrimonio honeſtati cedit, quod erat extra matrimonium, maximam peccati rationem habiturum?

Tertiū adiutoriū hominis. Eccle. 4. Gene. 2. Præterea, futura erat periculoſa ſolius hominis commoratio Cùm & ſcriptura dicat: Væ homini ſoli, ſi ceciderit, nō habet ſubleuantem, ideoque dixit Deus:

Non

Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, fa ciamus illi adiutorium ſimili ipſi. Quo indicare voluit, debere coniuges ope mutua iuuari quoties vſus poſtularet, vt alter alterius onera ferret, & eſſet alter alteri in omnibus aduerſis ſolatio. Nam frater adiuuans fratrem, eſt veluti ciuitas munita, difficulterque funiculus hic rumpitur, tanta conſolatione firmatus

Gala. 6.

Prouer. 18.
Eccc. 4.

Poſtremò, non alia de cauſa iam ab ipſo mundi exordio matrimonium Deus inſtituit, quàm vt hac maris & fœminæ cõiunctiõe indicaret, ac veluti dilineâret, nobis illud magnũ Chriſti & Eccleſiæ Sacramentũ, hoc eſt nexum illũ admirabilem, quo ſe Chriſtus cõiunxit Eccleſiæ ſuæ, charitatemque illam immenſam, qua eam ab initio dilexit, & in finem vſque diliget.

4. Nota cõiunctionis Chriſti & Eccleſiæ.

Ephe. 5.

Hinc diſcant coniuges, ſicut Chriſtus vnam tantùm in terris habet Eccleſiam, pro qua ſeipſum tradidit, quam comparauit ſibi ſanguine ſuo, quam ſanctificat, quam nutrit verbo & ſacramentis, cui veluti ampliſsimam dotem, omne gratiarum genus impartit: Sic vnuſquiſ-

Diligant ſe mutuò coniuges ſicut diligit Chriſtus Eccleſiam.
Ephe. 5.

que vna vxore contentus eſſe, nec ea relinquere debet quacunq; de cauſa. Sicut
autem Chriſtus prouidet Eccleſiæ ſuæ, &
ſua merita cum illa communicat, ſic vir
cum vxore ſua, communia debet habere
omnia, nullus vt ſit deinceps inter eos illis verbis locus(meum & tuum) quibus
non rarò ſocietas humana violatur.

Matrimonij vinculũ Et quemadmodum perpetua eſt inter
Chriſtum & Eccleſiam eius coniunctio,
quæ ſolui nunquam poteſt, ſic huius ſacramenti virtute, alligatur vir vxori, &
viciſsim vxor viro, nulla vt res quamlibet moleſta, quamlibet periculoſa, poſsit
hoc vinculum ſoluere. Nam alligata
Rom. 7. eſt mulier legi, quamdiu viuit vir eius.
Cùm igitur referant coniuges quandam
Officiũ mariti. Chriſti & Eccleſiæ ſimilitudinẽ et, debet
vnuſquiſq; maritorũ hoc agere, vt vxori ſuæ benè præſit, vt eam alat, amet, vtq;
honeſtatis eius curam gerat, quo poſsit
Chriſto eſſe ſimilis, qui dilexit Eccleſi-
Epheſ. 5. am, & ſeipſum pro ea tradidit, vt eam
ſanctificaret, mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ.

Itidem

Jtidem Chriſtiana mulier, debet ſingulariter amare virum ſuum, , & eum reuereri, debet ei obedire, quemadmodum Sara obediuit Abrahæ, dominum illum vocans: debet illi præſtare omne genus obſequij & honoris, quò poſsit eſſe Eccleſiæ ſimilis, quæ ſponſum ſuum Chriſtum honorat, reueretur, diligit, eſtque illi per omnia tanquã ſuo capiti ſubiecta.

Officium vxoris. Ephe.2. Collo 3. 1.Pet.3.

Cùm itaque vos ambo firmiter ſtatueritis ſuſcipere ſanctum hoc matrimonij ſacramentum in timore Dei, volo vos omni dubitatione prorſus eſſe vacuos, quinimo credere, certoque perſuaſum habere, quòd omnipotens et miſericors DEVS, in hoc genere vitæ à vobis inſtituendo, impertiet vobis liberaliter gratiam ſuam, non negabit victum, & ea quæ vſibus veſtris, & rei familiari veſtræ videbuntur neceſſaria. Incendet quoque corda veſtra, vt inter vos ita cõiunctos, maneat amor mutuus, & honeſtas Chriſtianis digna. Præcipuè verò, ſolabitur vos in anguſtijs veſtris omnibus, ditabit etiam vos, & augebit prole grata & jucũda,

Quid ſibi de Deo pol liceri debeant coniuges.

 ſimul

ſimul concedet, vt in animorum veſtrorum tranquillitate id quod reliquum eſt vitæ traducere, poſteà verò, pleni dierum, æterna gaudia conſequi poſsitis in cœlis.

Honeſtas coniugatis ſeruāda in matrimonio.

Vos interea etiam atque etiam videte, vt honeſtatem tanti Sacramenti conſeruetis, vtque eo pudicè caſtèque vtamini in timore Dei: non ſicut equi & muli, quibus non eſt intellectus: Non ſicut gentes quæ ignorant Deum. Nam in tales dæmonium habet poteſtatem, ſuntq; à gratia Dei & ſaluatoris noſtri prorſus excluſi. Ergò quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius: ſit vobis curæ honeſtas quæ decet ſanctos. Videte ne veſtra cauſa, nomen Dei blaſphemetur, néue ſacramentū hoc vel cōtēnatur veſtra culpa, vel male audiat inter fratres. Volo vos pietati operā dare, in cultu Dei aſsiduos eſſe, rerū terrenarū nimiā ſollicitudinē fugere, in cœleſtiū verò meditatione, & in alijs vitæ Chriſtianæ officijs diligenter verſari, vt gratiā dei fœlicitatēq; illā beatorū omniū, olim conſequi poſsitis. Quā vobis cōcedat Deus trinus & vnus, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Amen.

Pſal. 31. Tob. 6.

Tob. 8.

Matt. 6. Luc. 12.

Pietatē colāt cōiuges

POSTEA COPVLET EOS Sacerdos eo modo qui eſt in libro agendorum præſcriptus: quod cùm abſoluerit, ſic ad ſponſum verba faciet:

PRæcipio tibi N. in virtute Dei & in verbo illius, vt hanc vxorem tuã, cuius te nunc caput & tutorem Deus eſſe voluit, quamq́; tibi de manu ſua meo miniſterio tradit, benè & honeſtè gubernes, vt eam diligas tanquam corpus tuum, os ex oſſe, carnem de carne tua, vt ei ſemper adſis conſilio & ope tua, vt eam nutrias & tueare ab iniurijs omnibus. Nunquam verò illam deſeras, aut ab ea te ſeiungas quacumque tandem quatumuis graui de cauſa: ſed ad vltimum vſque vitæ tuæ finem, omnia cum illa æquanimiter perferas: Honeſtè erga illam te geras, eique condeſcendas tanquam infirmiori vaſculo, & gratiæ ac vitæ æternæ cohæredi: ſicq́; perpetuò illi cohabites, vt mutua veſtra conuerſatio ſemper placeat Deo, & orationes veſtræ in conſpectum eius aſcendant, quo maiorem tam vobis quàm liberis veſtris gratiam à Deo conſequi poſsitis.

Præcepta danda maritis.

Gene. 2.

1. Pet. 3.

FOEMINAM QVOQVE ſic alloquatur.

ӕcepta nda vxo ous.

NEc minus tibi A. præcipio in Dei & in verbi illius virtute, vt fidem ſerues viro tuo, cui te nunc Deus ſubiectam eſſe voluit, & ipſe miniſterio meo ſubijcit. Ama illum, & eſto illi ſubiecta, ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: obedi ei per omnia, ſicut SARA obediebat Abrahæ. Nam eris illius filia, ſi ſic feceris, & eam fueris imitata: Eodem enim modo, & aliæ ſanctæ fœminæ obediebant viris ſuis. Domum & rem familiarem communem ſedulò cura, nihil diligentiæ & laboris prætermitttens, vt ne quid vobis deſit ad vitam honeſtè pieque degendam, & ad inopiam egentium ſublcuandam. Præterea nulla ſit cauſa quantumlibet grauis, quamobrem eum relinquas, & ab eo ſecedas. ſed ad mortem vſque ei cohabita, & ea pariter ſuſtine omnia, quæcunque tandem acciderint. Communes autem liberos in diſciplina & correptione domini, & in omni genere virtutum inſtitue, mores eorum ad honeſtatem & pietatem informa, vt honori & volu-

he. 5. Pet. 3.

ptati ſint vobis benè inſtituti liberi veſtri, vtque cedat vobis ad æternam ſalutem conſequendam, ſi permanſerint in fide & ſanctificatione cum ſobrietate. Quod reliquum eſt, iiſdem te verbis affabor, quibus olim affatus eſt Raguel Saram filiam ſuam, Tobiæ in coniugium traditam, & iam iam ex paternis ædibus diſcedentem: Honora ſoceros, dilige maritum, rege familiam, guberna domum, & teipſam irreprehenſibilem exhibe. 1. Tim. 2. Tob. 10.

AD POPVLVM QVOQVE ſic verba faciet.

NOs verò fratres chariſsimi, cùm videamus quòd frater hic & ſoror noſtra, ſuſceperint per Chriſti gratiam ſanctum hoc Sacramentum matrimonij, & iam nouum vitæ genus ſint ingreſsi, quod nunc eſt benedictione Eccleſiæ, veſtroq; omnium teſtimonio cõfirmatum; æquum eſt, vt illis omnes benè precemur, eosq; ſedulò cõmendemus Deo quo ſuam gratiam vtriq; impertiat. Et puellæ quidem det requiem inuenire in domo viri quem ſortita eſt, Adſtantes debent cõiugibus benè precari & pro illis orare. Ruth. 1.

Ruth.4. faciatque illam ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael, vt ſic exemplum virtutis, & nomen celebre
Tob. 9. habeat: ſponſum verò illius benedicat, vt dicatur benedictio ſuper vxorem eius, & ſuper parentes, ac omnem domum illorum, vtque videant filios ſuos & filiorum ſuorum, & ſemen illorum benedictum ſit à Deo Iſrael. Quòd ſi pias pro illis ad Deum preces fuderimus, augebit illis proculdubio gratiam ſuam, & largam benedictionem infundet, vt in quiete mutuaque tranquillitate vitam degant, vtque eos tueatur ab omni infortunio, & ab omni peccato; adiuuans eos præpotenti ſua dextera, quo abſque offenſione, ſanctum hoc vitæ genus in illius nomine fœliciter ſuſceptũ, magna cum voluptate proſequi, & in ſyncera mutuaque charitate abſoluere poſsint, per Chriſtum Dominum noſtrum.

AMEN.

Volu-

VOlumus autem notum eſſe omnibus Parochis & ſacerdotibus diocœſis noſtræ, præclarum illum Tobiæ librum, in quo pleraque ſunt, quæ ad eos informandos propriè peculiariterque pertinent, qui ſunt hoc genus vitæ ingreſſuri: quo etiam ipſo legendo, tam ſacerdotes hoc ſacramentum adminiſtrantes, quàm coniuges ſuſcipientes plurimum iuuari poterint.

(.·.)

DE GRAVITATE PECCATORVM, ET de remedijs eorum.

CVM videamus pleroſque hominum vſque adeò licenter peccare, vt vniuerſa ferè vita eorum ipſiſsimum ſit peccatum: & non modò eos nullo tangi vel Dei metu, vel conſcientiæ terrore, verumetiam magna ſecuritate veluti in diem viuere, ſic ſtatuimus apud nos, non eos intelligere quid peccatum ſit, & quantis hominem bonis exuat, quantisque malis inuoluat. Ideò hæc paucula noſtris admonitionibus adiungenda eſſe putauimus, ſi quomodo tandem poſsint hi, Deo ſuam gratiam ſuppeditante, à peccando cohiberi, & ad officium conuerti.

INCOMMODA PROVENIENTIA ex peccato mortalium.

1\. AMittitur per peccatum admiſſum gratia Spiritus ſancti, quæ ſummum

mum eſt, & vnum omnium nobiliſsimum donum, quo maius nihil poteſt in vita dari hominibus. Nihil eſt enim aliud gratia Dei, quàm decor quidam ſupernaturalis, qui facit hominem Dei amicum, & veluti participem eius naturæ.

Amittitur familiaritas cum Deo, quæ comes eſt gratiæ: Et ſuccedit eius in locum, pauor & tremor, ita vt cupiat homo fugere à facie Dei, ſicut Adam abſcondebat ſe ab eo poſt peccatum. Qui timet tali timore, is amare Deum non poteſt. 2. Gene. 3. Ioan. 4.

Amittuntur gratiæ infuſæ, & dona ſancti ſpiritus, quibus homo fuit ſplendidus, acceptus Deo, & aduerſus omnes ſathanæ inſidias munitus. Nam aduenientibus malis, recedunt bona. 3.

Amittitur ius regni cœleſtis, & ſpiritus ille adoptionis, qui nos facit eſſe filios Dei, fratres Chriſti, & bonorum cœleſtium hæredes. Perit etiam cor filiale erga Deum, perit & illa paterna prouidentia, qua is de omnibus neceſſarijs, filijs ſuis abundè prouidet. 4. Rom. 8. Gala. 4.

5. Amittitur pax conſcientiæ & lumen mentis. Succedit autem perpetuus remorſus, & peccatorum tenebrę, quæ mẽtis aciem obfuſcant, vt res pias & cœleſtes meditari non poſsit, ſed ſemper in
2. Cor. 6. terrenis & fœdis volutetur. Nam lux & tenebræ ſimul eſſe nequeunt.

6. Amittitur fructus omnium bonorum operum, quæ vnquam quis egit in vita:
Eze. 33. cùm & ſcriptura dicat: Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit.

7. Amittitur communio meritorum totius Eccleſiæ, quæ iam non ſunt homini perinde vtilia, vti fuerunt ante peccatum.

8. Amittitur communio meritorum Ieſu Chriſti capitis noſtri. Quandoquidẽ præcidit ſe ab eo, quicunque peccat mortali peccato, nec eſt amplius eius membrum viuum, nec ei adhæret per charitatem, nec poteſt in eum influere gratia.

Apo. 3. Hæc omnia perdunt ſimul homines patrato vno peccato mortali. Incidunt verò poſt peccatum in pœnas gehennæ: delentur ſtatim eorum nomina ex libro vitæ, redduntur ex filijs Dei mancipia ſatha-

ſathanæ: ex templo ſanctiſsimæ Trinitatis, fiunt ſpelunca latronum, & aſpidum baſiliſcorumque cunæ. Poſtremò, huc miſeriæ recidunt, quò recidit Sedechias rex, poſteaquàm in manus regis Babylonis venit. Aut Samſon, quando capillos capitis ſui amiſit. Nam ille quidem viſum oculis effoſsis amiſit, & cathenis vinctus in Babylonem ductus eſt: hic verò ſtatim factus eſt infirmus vt alij omnes mortales: in hoſtium etiam ſuorum poteſtatem incidit: oculos perdidit, & inſtar iumenti in carcere molam traxit. Luc. 19. 4. Reg. vlt. 2. Para. vlt. Iudi. 15.

Talis eſt hominis peccatoris conditio. Nã Dei gratia perdita, fit infirmus ad faciendũ omne opus bonum; fit cæcus ad res diuinas & ſpirituales contemplandas: fit mancipium ſathanæ, faciens voluntatem eius à quo ſuperatus eſt: fit beſtia prauis concupiſcentijs agitata, beſtialem vitam viuens, & nihil eorum cogitans, quæ vel ad DEVM colendum, vel ad ſalutem ſuam procurandam, pertinent.

Cùm ergò tantis bonis nos priuet peccatum, & tantis inuoluat malis, nulla res

maiori nobis in mundo terrori eſſe debet, quàm peccatum, vſque adeo, vt neç terram hiſcentem, nec infernum apertum, ſi poſsit is à nobis carnis oculis videri: nec fulmen demiſſum de cœlo deberemus tantum formidare, quantum vnum quodlibet peccatũ mor-
Heb. 12. tale. Nam qui peccare non metuunt, hi ſunt illi prophano Eſau ſimiles, qui propter vilem eſcam, vendidit primogeni-
Gene. 25. ta: Et ſic accepto pane & lentis edulio, comedit & bibit, & abijt paruipendens, quòd primogenita vendidiſſet.

REMEDIA ADVERſus peccata.

QVãdoquidẽ nõ ſatis eſt, nota eſſe nobis vulnera noſtra, niſi adſit illis paratũ remediũ: breuiter quædã ſunt à nobis ex piorum virorũ ſcriptis collecta, quorum homini Chriſtiano aduerſus quoduis mortale peccatum, vſus eſſe poteſt.

Primum eſt: Expendere nobiſcũ diligẽter vniuerſa detrimenta, quæ nobis euenernt propter peccatũ. Nã qui ea ſecum

eum diligenter fuerit meditatus, & corũ grauitatem probè examinauerit, vix fieri poteſt, vt peccare deinceps audeat.

Cauendæ ſunt occaſiones & cauſæ peccati, cuius generis ſunt, prauorum hominum conſuetudo, colloquia mala, comeſſationes, ebrietates, familiaritas fœminarum, & alia eius modi plurima. Nam qui ab his ſibi non cauet, is propemodum pro iam lapſo haberi poteſt, debetq; ſe ipſum deflere, tanquam mortuũ. 2.

Bonum eſt reſiſtere peccato ſtatim ab initio, nec pati vt ſe colligat, & vires confirmet. Proderit Chriſtum intueri, eo corporis habitu, quo fuit poſitus in cruce, totus vulneribus plenus, totus ſanguine perfuſus, totus extenſus, idque propter peccatum à te patratum. Proderit & orare, vt paſsio illius non ſit in te vacua, & ne permittat morſibus infernalis draconis te perire, quem tantis pœnis ſibi comparauit. 3.

Vtendum eſſe creberrimè ſanctis Eccleſiæ ſacramentis, quæ ſunt certa remedia præcedentiũ peccatorũ, & fida cautio futurorũ. Hoc verò eſt vnum omniũ maximum beneficium, quod nobis Deus 4.

contulit in lege gratiæ. Quamuis autem ſemper ſit ſalutaris ſacramentorum vſus, præcipuè tamen cùm nos tentatio apprehendit, ſtatim cõfugiendũ eſt ad potentẽ dei manum, eiq; diligenter ſupplicandũ, vt nõ permittat nos tẽtari ſupra id quod poſſumus, ſed faciat cum tentatione prouentum vt poſsimus ſuſtinere. Quòd ſi peccare contingat, non eſſe longiùs pœnitentiã & ſacramentalem confeſsionem differendã, nec in peccato vel per noctẽ perdurandũ, cùm ignoremus quid ſit futurum de nobis ante craſtinum diẽ. Nam ſi peccatũ nõ fuerit ſtatim per pœnitentiam deletum, pondere ſuo, poſt ſe aliud peccatum trahit, vel æquale priori, vel multò grauiùs.

5. Prodeſt vſus crebræ & deuotæ orationis, quæ impetrat vim à Deo, reſiſtendi peccato: impetrat etiã dona ſpiritus ſancti, quæ hoc efficiunt, vt vileſcant nobis omnes mũdi voluptates: impetrat quoq; ſpiritum feruoris, qui reddit nos promptos ad implendam omnem Dei voluntatem, nihil vt eorum graue iam ſit & moleſtum, quod à nobis DEVS fieri vult & præcipit.

Iuuat carnem domare crebris ieiunijs & alijs caſtigationibus, ne ſaturata laſciuiat, & ſpiritui ad optima tendenti reſiſtat Nam per hunc modum, hoſtis domeſticus fit infirmior, & appetitiones prauæ faciliùs reprimuntur. Debet autem hoc agere Chriſtianus per omnem vitam ſuam, vt ſingulis diebus, vel vt minimum ſingulis ſextis ferijs, exerceat certum aliquod genus pœnitentiæ, vel in eſu, vel in potu, vel in ſomno, vel in genuum flexione, in oratione, in patienter ferenda iniuria, in condonando proximo offenſa, in reſiſtendo propriæ voluntati, vel in alio quocunque modo, vitæ Chriſtianæ conſentaneo. Nam eiuſmodi exercitium, plurimùm affert vtilitatis ei, qui per Dei gratiam vitam ſpiritualem inſtituit viuere. 6

Optimè impenditur tempus ſacris literis legẽdis, nimirùm veteri et nouo teſtamento, doctrina Chriſtiana, vita Chriſti, meditationibus piorũ virorũ, & eorum colloquijs cũ Deo. Qui enim ſe in his non exercet, expers eſt dulcedinis ſpiritualis Qui verò exercet, eius mens veritatis cognitione illuſtratur, & volun- 7

 tas

tas ad ſectandã pietatẽ inflãmatur. Quõ fit etiã, vt homo ſit aptior, ad fugiẽda peccata, & ad amplectendas virtutes.

8 Prodeſt plurimũ exercitiũ bonorũ operum, & aliarũ quarumuis honeſtarũ actionũ. Qui enim ociatur, eſt veluti ter-
Eccle. 33. ra inculta, nihil aliud proferẽs, quàm ſpinas & tribulos. Nec abs re dixit Sapiens: Multa mala docuit ocioſitas.

9 Tenendum eſt diligenter ſilentium, et
Prouer. 10. quoàd eius fieri poteſt, ſequenda pia ſo-
Matt. 12. litudo. Nam in multiloquio, non deerit peccatum. Et, De omni verbo ocioſo, reddẽt homines rationem Deo in die iudicij. Dicebat quidam vir ſanctus: Ex frequenti hominum cœtu, nunquã ſe domũ rediјſſe, abſque aliquo vitæ ſuæ ſpiritualis incõmodo. Nam qui cum hominum multitudine familiariter viuunt, diſcunt ſuo ipſi periculo, quàm pacatam conſcientiam domum referant: quandoquidẽ imbuitur mens eorum nouis & varijs cogitationibus, quas poſtea non facilè excutiunt, aut animum ad priorem quietem & tranquillitatem reuocant, & ad deuotionem componunt.

Per ſingulos dies, antequam corpus datur quieti, excutienda propria conſcientia, & à nobis ipſis, omnium actionum noſtrarum diurnarũ, & temporis expenſi, ratio diligenter eſt expoſcenda. Videat vnuſquiſque, num in peccatum aliquod veniale, vel mortale (quod abſit(inciderit, & an comparata remedia aduerſus peccata, volens & prudens omiſerit, ſic enim diligenter examinata conſcientia, peccatum ſuum celeriùs cõfitebitur, negligentiam accuſabit, & petet condonari ſibi quod admiſit, habens firmum propoſitum non peccandi ampliùs. Ac ita demum fiet, vt lauato cum lachrymis ſtrato ſuo, quietè dormiat, & magnam experiatur animi conſolationem, conſcientiæque tranquillitatem. Qui verò ſunt aliquibus peccatis peculiaribuss obnoxij, hi ſummo mane diei ſumant armaturam aduerſus illa peccata, & firmiter ſtatuant, abſtinere ab illis deinceps, & petant auxilium à DEO. Proderit etiam ſingulis hebdomadis hoc operam dare, vt vincamus aliquod genus peccati,

nobis familiare; vel vt acquiramus nouã aliquã virtutem. Sic enim pedetentim fiet progreſſus ad maiora, & reddetur homo ſui ipſius ſuarumque appetitionum dominus.

11 Cauendum eſt modus omnibus etiã à peccatis venialibus quandoquidem illa ſunt, quæ ducunt hominem ad mortalia. Qui enim cauet minora & leuiora, multò magis maiora & grauiora cauebit. Nec debent contemni quia parua ſunt, ſed magis caueri quia multa ſunt.

12 Abrumpendum fœdus cum mundo & actionibus eius omnibus, quin & hominum iudicia prorſus eſſe contemnenda. Nam hoc agere debet is, qui vitam cum pietate ducere inſtituit, vt omninò
Cap. 4. ſe mundi conſuetudine abdicet. Sicutenim Iacobo teſte, qui vult amicus eſſe mundi, inimicus Dei cõſtituitur: ſic qui Dei amicus eſſe cupit, ſit mundo inimi-
Matt. 6. cus neceſſe eſt. Alioqui erit impoſsibile iuxta Chriſti verbũ, duobus dominis ſeruire, ſibi tantopere cõtrarijs. Deus enim
1. Ioan. 5. ſummum bonum: mundus verò totus eſt in maligno poſitus.

PARTI-

PARTICVLARIA REMEDIA ADVERSVS SINgula peccata, quibus vſus fuiſſe traditur magno cum ſuo fructu, vir quidam non vulgari pietate præditus.

ADVERSVS SVPERBIAM.

QVando, inquit, ipſe mecũ expendo, ad quantam humilitatẽ demittere ſe dignatus eſt dei filius mea cauſa, nulla vnquam creatura poſſet me ſic deijcere, vt nõ credam maiore deiectione me dignũ eſſe, hominem nihili, & maximum peccatorem.

ADVERSVS AVARITIAM.

Cùm ſcirem, nulla re ſatiari poſſe animam meam præter ſolum Deum, exiſtimaui amentis eſſe, aliud præter Deum ſolum quærere, & hominem natũ propter colendum Deum, & regnum cœleſte poſſidendum, idolorum ſeruitutem ſeruire, ſeculique curis mancipari.

ADVERSVS LVXVRIAM.

Cùm ipſe mecũ mente pertractarem, ſummam illam dignitatem, quam conſequitur caro mea in ſuſceptione ſacratiſſi-

mi Chriſti corporis, vel quam habebit cu
ipſos etiam angelos iudicabit, iuxta diui
Pauli doctrinam, exiſtimaui rem eſſe ma
gnæ crudelitatis plenam, prophanare hu
ius peccati fœditate templum Dei, quod
ipſe ſua præſentia ſanctificat, & ex mem-
bris ad poſsidendum cœlum generatis,
facere membra gehennæ.

ADVERSVS IRAM.

Nulla iniuria à quocunque homine
illata, poteſt eſſe tanta, quæ me perturba-
re queat, cum repeto memoria, quibus e-
go, & quantis iniurijs Deum affecerim.

ADVERSVS INVIDIAM.

Cùm intelligerem, quòd Deus tan-
tum peccatorem quãtus ego ſum, in gra
tiam recipit, nemini vnquam potui male
velle, vel ei offenſarum condonationem
negare, vel eius fortunis cruciari, cui cœ
lum mecum eſt commune.

ADVERSVS GVLAM.

Qui ſecum expendit illud fel amarũ,
& acetum quod in medijs tormentis, ve-
luti vltimum refrigeriũ datum fuit filio
Dei patienti pro peccatis mũdi, pudebit
eum quærere cibos exquiſitos. Cum &

ipſe pro ſuis proprijs peccatis, aliquid pati neceſſe habeat.

ADVERSVS ACEDIAM.

Cùm ſcirē poſt exiguas tribulationes, potituros homines æternis gaudijs, exiſtimaui quoſcunq; labores eſſe minimos, qui ſuſciperentur tanti boni conſequendi cauſa.

Vidimus alios etiā pios viros, hāc purioris cōſcientiæ tuendæ rationē ſeruaſſe, vt haberent in tabella deſcriptos totius hebdomadæ dies, & à ſingulis diebus productis lineis longioribus, notarent [illegible] quicquid quocunq; die, vel boni agerent vel mali: quo ſic habere poſsent veluti in numerato, vniuerſum vitæ ſuæ modū. Ratione verò ſubducta ad veſperū cuiuſque diei, pro bonis quidem agerent gratias Deo, cuius ea dona fuerunt: mala verò expiarent lachrymis, confeſſione, & dignis operibus pœnitentiæ.

Et tunc examinandæ cōſcientiæ modū, omnibus pijs quàm cōmendatiſsimū eſſe volumus, ex quo diligenter obſeruato, magnum proculdubio fructū (Deo ſuam gratiam ſuppeditante) ad ſeipſos redundare ſentient.

FINIS.

Digitized by Google